265. Ermenrici Augiensis epistolae; carmina de S. Gallo; Hippocratis ad Antiochum epistola; Bedae vita de S. Cudberto. — Lib. pulchre et ordinate in membrana firma scriptus contra morem San-Gallensium sine duplici columna. Cum rebus San-Gallensibus saec. IX. multam lucem effundat, editus est a Mabillonio in analectis. Saec. X. 4. (D. 404.)

266. Beda de tabernaculo et vasis sacris Iudaeorum. — Lib. munde

scriptus in pergameno potissimum candido. Compactura secunda. Saec. X. fol. min. (D. 278.)

267. Catalogus bibliothecae S. Galli in apographo; Alcuinus in psalmos et alia Alcuini. — Codex in membrana firma, perquam nitide scriptus. Catalogus recentior non nihil esse videtur. Verba: „hucusque scribe“ pag. 120 indicant, codicem labore diviso descriptum fuisse. Saec. IX. membr. 4. (D. 272. vid. Pertz Reise, pag. 509, 510.)

268. Alcuini grammatica. — Codex optime scriptus; pergamenum obscurum. Saec. IX. membr. 4. (D. 258. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

269. S. Isidori synonyma; alphabetum poenitentiae; S. Augustinus de fide; Alcuinus de fide et sanctissima trinitate, de virtutibus et alia. — Codex in pergameno candido et polito eadem manu pulchre scriptus. Saec. XI. 4. (D. 383. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

270. Alcuini dialectica; tr. de musica; Runae; vocabularia. — Liber bonus. Saec. IX. membr. 4. (D. 479. vid. Pertz Reise, pag. 462, 511.)

271. Alcuini epistolae c. not. tironianis; in fine versus ad ecclesiam et portas S. Petri, ad eius corpus. — Codex pulchre scriptus in pergameno tenui, sed obscuro, qui iam editus a Canisio rursum edendus Parisios ad Baluzium vectus est. Saec. IX. membr. 8. (S. 415. vid. Pertz Reise, pag. 509.)

272. Alcuinus de virtutibus et vitiis, de ss. trinitate; pag. 214 de anima; pag. 53 epitaphia Alcuino; pag. 246 vota metrica. — Diversae hic manus et membranae. Ab initio desunt VIII numeri. Tria diversa opuscula colligata fuere. Saec. IX. membr. 8. (D. 433. vid. Mabillonii iter Germanicum; Pertz Reise, pag. 510, et Monumenta, pag. 70.)

273. Versus XII sapientum; Sinphosii aenigmata; S. Columbani versus; gygantomachia; Alcuini dialectica. — Codex bene scriptus, scriptura inaequali in pergameno solido, minus albo. Saec. IX. 8. (S. 429. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

274. Categoriae Aristotelis c. comm. Alcuini. — Codex bene scriptus eadem manu. Saec. IX. membr. fol. (S. 184.)

275. Alcuini comm. in Ioannem et homilia in natalem eiusdem Ioannis; epistola Gislae et Rotthrudis ad Alcuinum. — Bene una manu scriptus in membrana solida. Pag. 1 reliquiae apparent Virgilii antiquissimi capitalis. Saec. IX. membr. fol. maj. (S. 49. vid. Pertz Reise, pag. 509.)

276. Alcuinus de ss. trinitate, et rhetorica et dialectica. — Volumina duo in unum colligata. Illud de rhetorica et dialectica Grimaldus abbas monasterio S. Galli saec. IX. de suo dedit, ut legitur in catalogo n. 267, pag. 31. Codex bene scriptus. Saec. IX. membr. 4. (S. 199. vid. Pertz Reise, pag. 510.)

277. Halitgarius de vitiis, de poenitentia publica libri V; Cyprianus de abusivis saeculi. — Codicis utraque pars ab alio bene scripta; secunda pars, ut videtur, a monacho ex Hibernia orto. Abbas Grimaldus de suo hunc codicem S. Gallo contulit. (vid. catalogum n. 267 pag. 32 sub falso titulo Ebonis) Saec. IX. membr. 4. (S. 418.)

278. Amalarius de divinis officiis libri IV c. praef. incompleta. — Codex bene in impura membrana tribus manibus scriptus. Pag. 514 legitur scriptura secreta Isidoriana. Saec. IX. membr. 4. maj. (S. 227.)

279. Flori excerpta ex S. Augustini tractatu super epistolam S. Pauli ad Romanos. — Codex optime in pergameno pulchro scriptus. Notae Ekkehardi IV. manu adscriptae sunt; iis auctor operis corrigitur ac vituperatur saepius. Compactura secunda. Scriptus est iussu Hartmoti abbatis medio saeculo IX. (vid. catalogum n. 267 pag. 29.) Fol. min. (D. 146.)

280. Eiusdem ex eodem excerpta de epistolis ad Thessalonicenses, ad Timotheum, Titum et Hebraeos; Aviti epistola ad Orosium. — Codex ab eodem, quo antecedens optime patratus, cum notis Ekkehardi IV. pallidis. Iussu Hartmoti abbatis fuit descriptus. (vid. catalogum n. 267, pag. 30.) Saec. IX. membr. fol. (S. 87.)

281. Eiusdem ex eodem excerpta de epistolis ad Corinthios I. et II. — Ab eodem, quo antecedentes duo, eodem modo pulchre scriptus. Rarae Ekkehardi IV. notae. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. membr. fol. (S. 3.)

282. Rhabani Mauri comm. in Ieremiam prophetam pars II. — Codex bene in solida membrana scriptus. Literae in margine H. M. G. G. org. scribarum citationes sunt. Ekkehardus IV. hinc inde correxit textum. Ligatura prima cum inscriptione: pro mensa scriptus est sub Grimaldo abbate. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. fol. (D. 28.)

283. Rhabani Mauri comm. in V libros pentateuchi. — Codex charactere minuto ab eodem scriba, primo quaternione excepto, pulchre scriptus in pergameno polito, subtili, sed plerumque minus albo, at aequali et circa finem mixto, absque coloribus et capitalibus. Ante annos XLIV hunc et praecedentem codicem editis contulit illustr. Arx, et lectiones variantes ad S. Emmeranum misit, ubi editae fuere. Saec. IX. 4. (S. 226.)

284. Rhabani compilationis ex sanctis patribus in libros I. et II. regum pars I. Pag. 189 exemptio mancipiorum anno 1130. — Codex in commune patratus et per duos ordines numerorum quaternalium in duo volumina separatus. Compactura prima cum inscriptione: pro mensa. Saec. IX. membr. 4. (S. 271.)

285. Eiusdem operis pars II. in I. et II. lib. regum. — Itidem in commune patratus, in membrana valde diversa. Saec. IX. 4. (S. 228.)

286. Rhabanus Maurus de institutione clericorum; pag. 3 missa de S. Siro et pag. 9 de S. Ambrosio; ordo processionis. — Codex ab eodem scriba correcte et bene scriptus. Inter eos, quos Grimaldus abbas de suo dedit, libellos occurrit. (vid. catalogum n. 267.) Saec. IX. membr. 4. (S. 281.)

287. S. Anselmi, episcopi Cantuariensis, opusculum, „Cur Deus homo?“ dictum. — Libellus sat bene scriptus. Saec. XII. membr. 4. (S. 411.)

288. Collectio Ioannis Bürer opusculorum S. Bernardi, Cypriani, Augustini, Hieronymi, Heinrici de Hassia, Hugonis de S. Victore, Ioannis de Tambaco, Ioannis Gersonis, Nicolai de Dinkelspül, Aegidii de Roma, Innocentii III. — Codex bene scriptus per Matthiam. Saec. XV. chart. 4. (S. 363.)

289. Liber Floretus, opus theologicum a S. Bernardo versibus auctum. — Codex pessime scriptus. Saec. XIV. chart. fol. (D. 114.)

290. Collectio variorum tractatuum super materias iuris canonici Bernardi de Rudolfis, Ioannis de Deo, Calderini de Bononia. Saec. XV. chart. fol. (D. 43.)

291. S. Bonaventurae explicatio symboli; Berchorius sup. IV. sententiarum. — Pars I. in membrana, altera in papyro est scripta. Saec. XIII. et XIV. membr. fol. (S. 101.)

292. Vocabularium et glossae in omnes bibliorum libros; item pag. 149 in duas epistolas; item pag. 169 in Symmachi epistolas; medicorum regulae; tr. de cursu lunae. — Praeter morem absque lineis est scriptus et hinc inaequalis. Post pag. 149

multae voces Teutonicae Latinis sunt intermixtae. Plures manus. Ligatura prima. Saec. IX. membr. 12. (S. 482.)

293. P. Galli Kemmli quodlibeticum biblicum; summula Raymundi; casus reservati episcopo. — Collectio haec a Kemmlii manu in papyro exarata est. Saec. XV. 12. (S. 483.)

294. Vocabularium seu glossae in libros biblicos omnes. — Volumen pulchre et correcte in pergameno bene elaborato scriptum. Numerus quaternionum literis minusculis exprimitur. Saec. X. 4. (D. 380.)

295. Vocabularium et glossae in libros biblicos, quoad novum testamentum eiusdem tenoris ac praecedens. — Volumen multo antiquius antecedente in veteri testamento totum differt ab illo. Saepius quoque nomina vocibus Teutonicis explicantur. Saec. IX. membr. 4.

296. Canones concilii Moguntini; S. Hieronymus in Nahum; fragmentum glossae brevis in libros scripturae s.; Isidori synonyma. — Tres libri diversi argumenti et a diversis librariis scripti hic colligati sunt et glossae minutis characteribus exaratae. Compactura prima. Membrana impura. Saec. IX. 4. (S. 412. vid. Pertz Reise, pag. 508.)

297. Galli Kemmli textus sacri ex libris biblicis exarati. Saec. XV. chart. 4. (S. 335.)

298. Comm. in Leviticum et Matthaeum. — Iterum duo distincta opuscula colligata sunt. Primum absque separatione consueta in duas columnas scribi coeptum, postea in eas fuit distinctum. Saec. XII. membr. 4. (D. 221.)

299. Explicantur hic Latine et Scottice, saepe Teutonice, nonnunquam Graece voces aut sententiae ex libro scripturae s., sanctorum patrum, conciliorum, historiae naturalis et ecclesiasticae ex Cassiodoro, Orosio et Eusebio desumptae. — Codex optimus et madefactione laesus et admodum mutilus. Explanator nunc hunc, nunc istum librum exponit; is diversas editiones noverat. Teutonica plurima et Graeca pag. 287. Wikrami pag. 38, Ratoldi pag. 287, Adhelmi pag. 331. nomina occurrunt. Saec. X. membr. 4. (D. 271.)

300. Comm. in psalmos. — Scriptura abbreviationibus plena, caeterum pulchra et ordinata. Saec. XII. membr. fol. (D. 276.)

301. Comm. in psalmos; isagoge iuris canonici; articuli Huss; lamentatio Ioannis XXII. P. — Gentilitium signum von dem Berg pag. 1, quod probat, clericum von dem Berg eius fuisse possessorem, qui et alibi occurrit. Saec. XV. chart. 4. (D. 381.)

302. Dictata professorum Maldonati et Peutewin in magistrum sententiarum a Iodoco Ruostaller, S. Galli coenobita, a. 1565 Parisiis studente excepta. Saec. XVI. chart. 4. (D. 373.)

303. Gersonis cancellarii plura opuscula; Dinkelspül de tentationibus; Nicolaus de Lyra in apocalypsin. — Codex papyraceus, scriptus a Matthia Bürer, capellano in Memmingen. Saec. XV. 4. (D. 345.)

304. Somnia superstitiosa; epistolaris instructio; epistolarum formulae; comm. in cantica cantic.; processus iudiciarius; titulus patrimonii, pag. 3; praesentatio patroni ad Dorenbüren. — Codex papyraceus, cuius una pars a. 1436 scripta est.

305. De epistolis scribendis; formulae earum; comm. in Matthaeum. Saec. XV. chart. 4. (D. 302.)

306. Homiliae in lectiones s. evangelii et de sanctis. — Codex pergamenus, scriptus minuscula inaequali. Saec. XII. membr. 4. (S. 329.)

307. Homiliae in lectiones evangelii, pars II. Saec. XV. chart. 8. (D. 460.)

308. Homiliae in lectiones evangelii, pars I.; litaniae. Saec. XV. chart. 8. (D. 459.)

309. P. Galli Kemlin libellus quodlibeticus de psalmis, de s. cruce, missa, virtutibus; sermones. — Codex papyraceus, partim a P. Gallo scriptus, partim collectus. Saec. XV. 8. (D. 456.)

310. Comm. in apocalypsin. — Scriptura ordinata aequalis in membrana pulchra. Saec. XIII. fol. min. (S. 196.)

311. Geneseos mystica explanatio. — Membrana solida, cornea, diaphana, ut Scottica esse solet. Saec. XI. fol. (S. 153.)

312. Comm. in centum psalmos. — Characteres minuti. Abbreviationes multae; saepe literae initiales pro vocibus integris ponuntur. Saec. XII. membr. fol. min.

313. Walafridi Strabonis comm. in psalmos, pars II. — Codex optimus, pulchre scriptus, sed quo non multum proficies. Compactura prima. Saec. XI. membr. fol. (S. 89.)

314. Comm. in psalmos; sermones S. Bernardi. — Duo diversa opuscula in unum colligata. Saec. XII. membr. fol.

315. Notae in psalmos; XLVI meditationes de passione domini; tres Iacobi sermones; legenda S. Verenae. — Antonius de Gaisberg, pater abbatis Francisci, possessor codicis fuerat. Saec. XIV. et XV. chart. fol.

316. Comm. Conradi Soltonis in psalmos. — Cursiva et multis abbreviationibus scriptus, attamen studiose. Emptus fuit a. 1422 a Nic. Mündli IV florenis p. Henr. Lütenrieter. Saec. XIV. chart. fol. (S. 141.)

317. Compendium expositionum S. Augustini in psalmos usque ad LXXVII. — Codex optimus. Recensetur in catalogo bibliothecae S. Galli saec. IX., sed volumen secundum iam deest. Saec. IX. membr. fol. (S. 93.)

318. Nic. de Lyra comm. in psalmos. — Codex papyraceus cum signo lilii, circa finem saec. XIV. scriptus; pag. 1 benedictio decani, prioris, vel cellarii suum officium adeuntis. Saec. XIV. fol. (D. 62.)

319. Comm. in psalmos ex s. patrum locis. — Desunt in principio XXV quaterniones. Membrana candida, codex optime scriptus. Saec. XII. fol. (D. 27.)

320. Expositio moralis libri cantici canticorum; Roberti descriptio expeditionis in Terram Sanctam et de S. Thoma mirabiles fabulae. — Duo opuscula diversa colligata sunt; prius studiose est exaratum ab habili librario. Saec. XIII. membr. fol. (S. 108. vid. Pertz Reise, pag. 505.)

321. Collecticia; breves legendae; sermones sacri; preces piae; Gregorii P. epistola de sanctissimo; Brandani oratio; pisces quo mense optimi. Saec. XIV. et XV. chart. fol. (S. 70.)

322. Haymonis comm. in Iesaiam. — Codex nitide in pergameno albo scriptus. Pag. 104 alia scriptoris manus deprehenditur. In margine diversorum saeculorum notae occurrunt. Saec. XI. fol. (S. 22.)

323. Bernardi de Parentinis expositio missae; comm. in Iesaiam. — Duo opuscula colligata sunt; ea emit Lütenrieter a. 1422 a Nic. Mündli. Saec. XIV. et XV. chart. fol. (S. 131.)

324. Nic. de Lyra postilla in tria evangelia. — In margine frequentes notae Teutonicae hilares. In scheda pag. 200 magistri Ioannis de Adorf fit mentio. Compactura secunda. Saec. XIV. chart. fol. (D. 160.)

325. Nic. de Lyra postilla in IV evangelia eiusd. c. praecedentibus tenoris. — Codex descriptus de exemplari a monasterio Stambs accepto et mutuato. Saec. XV. chart. fol. (D. 127.)

326. Nic. de Lyra postilla in IV evangelia eiusd. c. praecedentibus tenoris; eiusd. tabula seu canon evangeliorum. — Codex membranaceus, cursiva et abbreviaturis foede deformatus. Anno 1453 Ramspergii civis erat. Saec. XIII. fol. (D. 63.)

327. Collecticia de passione domini et sermones sacri. — Codex diversorum scripta continens. Primum exaratum est a. 1449 ab Ulrico Aepli, plebano in Sittrendorf, ad instantiam domini Conradi Hör, parochi in Gossau; alterum absolutum est a. 1443. Est in fine mutilus. Chart. fol. (D. 107.)

328. Collecticia de passione domini, nempe Henrici de Hassia et mag. Iordani et concordantiae textus; articuli 65 de passione domini Iordani. — Codex impensis Conradi Bainly, fratris ex conventu Constantiae, scriptus. Saec. XV. chart. fol. (D. 158.)

329. Super pater noster, symbolum, decalogum, amorem dei et proximi; Iacobi de Voragine sermones de tempore; biblia B. Virginis; sermones. — Codex, scriptus a Ioanne Engler, coadiutore S. Laurentii et beneficiato S. Leonardi in suburbio S. Galli, et a Ioanne Schorant, a. 1399, impensis Ioannis Lener. Post pag. 363 eum praedictus Conradus Bainly describi fecit; chart. fol. (D. 170.)

330. Tractatus in epistolas D. Pauli. — Codex diligenter exaratus. Membrana valde dissimilis, ab initio madefacta. Textus sacer ruber. Puncta tria angularia, ceracea, in margine in hoc et aliis codicibus occurrentia innuunt, requirendum esse. Compactura prima. Saec. IX. fol.

331. Postilla in epistolas D. Pauli. — D. Caspar Wirth, civis Sangallensis, hunc codicem possedit. Saec. XV. chart. fol.

332. Nic. de Lyra postilla in actus apostolorum et in epistolas D. Pauli; additiones mag. Pauli, episc. Burgensis, baptizati Iudaei. — Postillam in actus apostolorum Matthias Bürer scripsit. Saec. XV. chart. fol.

333. Haymo super epistolas et evangelia per annum, pars hiemalis. — Codex membranaceus studiose scriptus, in quo plures paginae deperditae, at saeculis subsequentibus restauratae fuere; multum usitatus fuit. Saec. X. et XII. fol. (S. 12.)

334. Innocentii P. V., Dominicani, Pet. de Tarentasia prius dicti, comm. in epistolas D. Pauli. — Codex membranaceus, studiose et munde scriptus non diu post mortem Innocentii, quae a. 1276 contigit. Saec. XIII. fol. maj. (S. 23.)

335. Hugwici lexicon Latino-Teutonicum, quod et in codice n. 525. exstat; item vocum biblicarum et liturgicarum expositio. — Codex papyraceus, cuius pars prior a. 1446 p. Matthiam Bürer exarata est. Fol. (D. 130.)

336. Exempla biblica; similitudines seu figurae morales; sermones sacri. — Codex papyraceus a coadiutore apud S. Laurentium, Ioanne Keller de Berg, scriptus a. 1443. Possedit is et codicem n. 753. Saec. XV. fol. (D. 105.)

337 a. Cordiale de IV novissimis; de ordine Benedictino; de dei providentia; de perversione ecclesiae Romanae a. 1417; de libris historicis scripturae s. — Codex papyraceus, diversis manibus alibi scriptus, ut ex signis papyri insolitis patet. Saec. XV. fol. (D. 198.)

337 b. Missale iuxta morem antiquum c. multis sequentiis. — Codex membranaceus, optime scriptus in S. Gallo. Membrana pulchra. Ex monasterio S. Ioannis a. 1806 huc reportatus. Saec. XIV. fol. magn.

338. Antiphonarium; sacramentarium; ordo Romanus; liber comitis; gloria et credo Graece; Teutonica culparum confessio; Hartmanni hymnus. — Codex studiose in membrana subtili et candida a quodam Cotteschalco scriptus et duabus picturis decoratus; in principio et in fine mutilus. Illo usus est Gerbertus. Saec. X. 4.

339. Antiphonarium missae; sacramentarium; reliquiae altarium; calendarium et adnotatio servitiorum; missae votivae; preces; benedictiones. — Codex studiose scriptus. Color auri in literis canonis omnino pallidus. Dies festi S. Galli, S. Othmari, S. Wiboradae adsunt. Eo Gerbertus usus est. Saec. X. 4. (S. 232.)

340. Antiphonarium missae; sacramentarium; calendarium; preces in missa; missae votivae plurimae, fere eiusd. tenoris ac praecedentes. Codex pulcherrime scriptus c. deauratis literis et pict. Pag. 38 gloria Graece et Latine script. Membrana subtilis et candida. Morabatur et hic in S. Blasio. Saec. X. 4. (S. 238.)

341. Calendarium simplex; directorium missae; sacramentarium c. picturis IV; benedictio baptismi ut in praecedentibus, sic et orationes et praefationes de S. Gallo, de S Othmaro, S. Wiborada; missae de S. Fide et Elisabetha posterius adscriptae; multae missae votivae. — Codex, cui candida membrana, scriptura et splendescente auro vix ullus par est. Pag. 36 scriptura. capitalis et uncialis pulcherr. Saec. X. 4. (D. 183.)

342. Calendarium et in eius fine necrologium serius adscriptum; antiphonarium missae; sacramentarium S. Gregorii; multae missae votivae; reliquiae in altaribus. — Codex egregie et artificiose scriptus. Literae initiales plerumque pulcherrime pictae et delineatae. Aurum minus splendet. Multis in locis additiones recentiores. Saec. X. membr. 4. (S. 294.)

343. Sequentiae ad missam; antiphonarium missae; lectionarium missae. — A pagina 121—247 manu recentiore omnia scripta sunt. Codex spissus, munde scriptus, additionibus exceptis. Pag. 122 est rescripta. Pag. 232 sub icone crucifixi imagines sunt duorum monachorum rude depictae. Canon ut hodie. Saec. X. membr. fol. min. (S. 149.)

344. Sequentiae ad missam; calendarium simplex; sacramentarium, ubi canon ut hodiernus; ordo baptismi. — Characteres codicis Scotticam scripturam olent, haud dubie a Scoto exarati. Saec. XII. fol. min. (S. 160.)

345. Plenarium missae, id est collectae, epistolae, evangelia, sequentiae graduales. — Scriptura Gothica. Codex absque sumptu scriptus. Saec. XIV. membr. 8. (S. 395.)

346. Plenarium missae; canon hodiernus. — Codex Gothicis literis et depictis initialibus nitide scriptus, sed non in S. Gallo. Saec. XIV. membr. 8. (S. 386.)

347. Sermones sanctorum patrum pro lectionibus in matutinis; capitula horarum; baptismus; collectae; benedictiones; unctio infirmi; psalterium. Saec. X. et XI. membr. 4. (S. 403.)

348. Sacramentarium Gelasii P. — Codex insignis pictis artificiose initialibus et auratis uncialibus rubricis. Fuerat devectus in S. Blasium. Saec. IX. membr. 4. (S. 290.)

349. Fragmentum sacramentarii; decretales Innocentii P.; instructio ecclesiastici ordinis et missae Romanae et monasterii ordinis. — Initio saeculi IX. character respondet. Membrana impura. Fol. min. (S. 258.)

350. Sacramentarii insignis fragmentum, hebdomades ante et post pascha ac missas votivas et benedictiones continens. — Codex egregie scriptus depictis artificiose initialibus in modum codicis num. 348. Saec. IX. 4. (S. 302.)

351. Missale Diethelmi Blarer; expositio ceremoniarum. — Compilavit et scripsit Fridolinus Sicher de Episcopicella, organoedus S. Galli et capellanus S. Iacobi. Preces missae aliquae ab hodiernis deviant. Saec. XVI. chart. 4. (S. 446.)

352. Missale plenarium confuso festorum ordine. — Hunc librum a. 1590 possidebat Georgius Reding, praefectus Doggii. Saec. XV. chart. 12. (S. 497.)

353. Antiphonarium missae et sequentiae. — Libellus in S. Gallo scriptus, rubris rubricis. Saec. XIV. membr. 8. (S. 456.)

354. Orationes ante, in et post missam; benedictiones per circulum anni. — Codex bene et munde scriptus, rubris rubricis. Benedictiones tum festive cum his orationibus populo impertiebantur. Saec. XI. membr. 4. min.
355. Missale plenarium cum sequentiis multis; pictae decorationes tres. — Volumen sub abbate Francisco a coenobita Conrado Haller, Wilensi, scriptum nitide et studiose pro capella S. Ioannis Bapt. in S. Gallo. Saec. XVI. membr. fol. (S. 25.)
356. Missale plenarium; festivale c. sequentiis pictis floribus et imagine crucifixi in plano deaurato. — Volumen sub abbate Ulrico VIII. scriptum. Saec. XV. membr. fol. (S. 30.)
357. Missale plenarium c. sequentiis et multis ac curiosis picturis in marginibus. — Liber sub abbate Diethelmo scriptus magnifice in usum praelatorum, tempore, quo iam impressi missales libri comparari poterant. Saec. XVI. membr. fol. (S. 15.)
358. Missale plenarium c. sequentiis. Saec. XVI. chart. fol. (S. 27.)
359. Antiphonarium B. Gregorii M., illud ipsum, quod Cantor Romanus Roma huc attulit. — Codex pretiosus, tam ob antiquissimas imagines eburneas in operculo, tum ob textum, notas et eius historiam. Saec. IX. membr. fol.
360. Hymni et litaniae, olim in S. Gallo in processionibus decantatae. — Codex S. Gallo pretiosus, cum ea, quae exhibet, domestica sint et a domesticis elaborata. Saec. XII. membr. fol. (M. 35.)
361. Antiphonarium missae; calendarium et necrologium; notae marginales asceticae; index reliquiarum in tribus altaribus. Saec. XII. membr. fol. (S. 132.)
362. Missae quaedam in notis musicis, a. 1550 script. Chart. fol.
363. Evangelien- und Epistelbuch. — Codex papyraceus, script. a. 1483 per Elisabetham Muntpratin, sororem in monasterio S. Catharinae in S. Gallo, in cuius proprietatem transierat. Fol.
364. Evangelien- und Epistelbuch. — Codex papyraceus, quondam fratrum Conversorum, a. 1494 scriptus. Fol.
365. Lectionarium missae, evangelia et epistolas comprehendens. — Codex diversis manibus ab initio saec. IX. vel in fine VIII. scriptus in membrana immunda absque splendore in liturgicis usitato. Fol. (D. 197.)
366. Epistel - und Evangelienbuch. — Quondam sororum in closa Altstettensi. Saec. XV. chart. fol.
367. Liber evangeliorum c. indice reliquiarum trium altarium. — Codex splendide et nota manu minore robusta scriptus, initialibus deaur. et arabescis plurimum decoratus, membrana pulchra et solida. Literae unciales et capitales in singulis paginis deauratae. Saec. IX. membr. fol. (D. 29.)
368. Liber evangeliorum c. picturis festorum. — Codex praeter picturas nullius momenti oblatus fuit abbati Gallo II. a barone Fideli de Turre. Saec. XV. membr. fol.
369. Canon missae pontificalis c. insignibus picturis. — Codex in bello tricennali Suevico cuidam cathedrali oblatus et Constantiae venditus. Saec. XVI. chart. fol.
370. Liber anniversariorum ecclesiae in Goldach. — Hunc librum Henricus de Sulzberg, parochus in Goldach, a. 1418 per Sifridum Briistli, parochum in Hagenweil, XVIII solden conscribi fecit. Saec. XV. fol.
371. Lectionarium missae epistolas solas comprehendens, c. picturis IV. — Initiales diversi generis sunt. Codex madefactus et mutilus. Ligatura prima. Saec. XI. membr. 4. (S. 226.)
372. Lectionarium missae epistolas continens et evangelia. — Nihil liturgici splendoris habet iste codex. Ligatura prima. Saec. XI. membr. 4. (S. 126.)
373. Epistel- und Evangelienbuch für die geistlichen Menschen im Martistobel. — Pars una scripta est per Franciscum Ioannem Hertenstein, ordinis S. Benedicti, altera a. 1405 per Henricum Brunner de Busenhofen, dein cessit monialibus S. Georgii. Saec. XV. membr. 4.
374. Antiphonarium missae per B. Gregorium M. emendatum; lectionarium missae. — Membrana candida, subtilis. Codex studiose scriptus. Saec. XI. 4. (S. 295.)
375. Antiphonarium missae et sequentiae missarum; ab initio simplex martyrologium. — Codex a Liuthero, monacho S. Galli, cuius imago cernitur, scriptus. Notae musicae c. literis; initiales imperite viridi, flavo et rubro colore picti. Saec. XII. membr. 4. (S. 360.)
376. Calendarium; computus; tropi carminum; antiphonarium B. Gregorii; hymni S. Notkeri c. praefatione. — Codex in subtili membrana delicate scriptus et picturis et deauratis literis exornatus ac omnium Notkeri hymnos continentium pulcherrimus. Saec. X. membr. 4. (M. 28.)
377. Collectio sequentiarum et hymnorum ex B. Notkero et aliis. Saec. XV. chart. 4. (S. 405.)
378. Calendarium; computus; tropi carminum; lib. hymnorum S. Notkeri; antiphonae; missae. — Collectio haec hymnorum eleganter est scripta. Additiones multae suo quaeque aevo respondent.
379. Liber sequentiarum; antiphonarium. — Liber in usum chori scriptus, tempore, quo in S. Gallo vix chorus erat. Saec. XIV. membr. 8. (S. 447.)
380. Calendarium; computus; tropi carminum; liber hymnorum S. Notkeri; antiphonarium. — Codex optimus, minutis characteribus in membrana subtili exaratus, initialibus deauratis, sed iam fulginosis. Saec. XI. 12 oblongo.
381. Collectio primaria hymnorum et carminum domesticorum in S. Gallo scriptorum; S. Notkeri liber hymnorum et explicatio literarum notis musicis impositarum; gloria, credo Graece; psalmorum modulatio. — Codex insignis. Saec. XI. 8. (S. 486.)
382. Collectio hymnorum et troporum ex nostris et externis; gloria; credo Graece; antiphonarii pars. Saec. XI. et XIII. membr. fol. (S. 445.)
383. Hymni; missae c. notis in scala. — Notae musicae huius codicilli a quolibet cantari valent. Kyrie vix canendum reperitur vetustius. Saec. XIII. membr. 8. (S. 469.)
384. Breviarium pro S. Galli choro hinc inde notis musicis pro antiphonis et responsoriis instructum. — Codex munde, sed nullo modo pulchre scriptus. Post pag. 420 recentiora sequuntur. Saec. XIII. membr. 4. (S. 383.)
385. Proprium S. Galli et commune sanctorum. — Liber a Conrado Haller Wilensi a. 1522 scriptus. Chart. 4. (S. 244.)
386. P. Galli Kemmli legendae; sanctorum sermones; ascetica. — Vixit Gallus sub Eglolfo, Casparo, Ulrico VIII. abbatibus, scriptor et possessor plurium librorum S. Galli. Saec. XV. chart. 4. (D. 322.)
387. Breviarium c. lectionibus et notis musicis pro cantu antiphonarum et responsoriorum; ab initio calendarium. — Codex in usum S. Galli bene scriptus. Est pars aestivalis. Saec. XI. membr. 4. (S. 239.)
388. Antiphonarium pro decantandis horis; de VIII tonis. — Codex ab eodem Kemmli munde scriptus. Festa nova, v. g. Oswaldi, Leonardi, S. Petri ad vincula, Fidei, Constantii, Francisci, Elisabethae, Wiboradae serius inserta reperiuntur, ut alibi.
389. Antiphonarium pro decantandis horis et responsoriis. — Codex bene scriptus; a. 1323 addita sunt antiphonae de dedicatione. Membr. 4. (S. 128.)

390. Antiphonarium pro decantandis horis et responsoriis; indiculus parochiarum iuris patronatus Sangallensis. Pars I. — Codex ab Hartkero saec. X. scriptus in membrana tenui, literis et notis minutissimis. Picturae quatuor biblicae bonae; una S. Gallum et Hartkerum refert. Finis mutilus. 4. (M. 23.)
391. Antiphonarii praecedentis pars II. — Codex nitide scriptus, ab initio et in fine in indicibus mutilus; modus, quo quondam s. communio porrigebatur, in coena domini pictura expressus observatur. Saec. X. membr. 4. (S. 408.)
392. Antiphonae in quaedam festa; missae chorales. — Libellus musicus papyraceus, exigui valoris, duas continet Teutonicas cantilenas. Saec. XVI. 4.
393. Ekkehardi IV. collectio versuum leoninorum, tum a se, tum a Notkero Labeone compositorum. — Liber rarissimus et codex unicus, scriptus manu ipsius Ekkehardi IV., qui versus suos notis interlinearibus explicat; historiae S. Galli adiumentum praecipuum. Saec. XI. membr. 4. (S. 375.)
394. Calendarium; regula S. Benedicti; benedictionale; unctio extrema; depositio; catalogus abbatum S. Galli. — Codex nitide scriptus, multum aestimandus ob rubricas directivas. Usque ad a. 1781 in monasterio S. Ioannis fuit asservatus. Saec. XI. membr. 4.
395. Benedictionale; professio; baptismus; super infirmum; exsequiae; super energumenum. — Codex mutilus. Saec. XII. membr. 4. (S. 388.)
396. Benedictionale cum indice ab initio; benedictiones ad iudicium faciendum in aqua et caseo. Saec. XV. membr. 4. (S. 407.)
397. Collectanea de diversis liturgicis argumentis; calendarium; necrologii segmenta; Beda de sex aetatibus. — Aliqua ex hoc codice edidit Goldastus. Codex pretiosus. Saec. IX. membr. 4. (S. 391, vid. Monumenta pag. 70 und Pertz Reise pag. 504.)
398. Orationes benedicentis superioris per circulum anni. — Codex egregius, quo vix pulchrior ullus. Membrana candida, scriptura nitida, literae initiales splendescente auro fulgent, artificiosa manu scriptae, saepe in purpura. Saec. XI. membr. 4. (M. 27.)
399. Pontificale Romanum. — Deest in hoc pontificali poenitentia solemnis et alia. Saec. XII. membr. 4. (S. 181.)
400. Breviarium absque notis, non pro choro, sed pro S. Galli coenobitis. Saec. XV. chart. 4. (S. 398.)
401. Breviarium pro recitandis horis. Saec. XV. membr. 4. (S. 448.)
402. Breviarium Romanum dominicale et feriale; calendarium cum imaginibus mensium in fundo aureo. — Codex membranaceus bene scriptus c. XIV picturis de vita Christi in fundo aureo. Ob rubricas Teutonicas videtur monialium fuisse, et quidem in dioecesi Basileensi. Saec. XV. membr. 4. (S. 402.)
403. Breviarium pro choro S. Galli c. not. musicis; calendarium. Saec. XIV. membr. 4 obl. (S. 100.)
404. Breviarium S. Galli absque psalterio. — Liber in recitatione horarum olim usitatus, scriptus absque ullo splendore. Saec. XIII. membr. 4. (S. 229.)
405. Breviarium monialium S. Catharinae in urbe S. Galli, ord. S. Dominici. Saec. XIV. membr. 4 maj.
406. Breviarium monialium S. Catharinae, a Cordula, moniali, scriptum. Saec. XV. chart. 4 maj. (S. 287.)
407. Breviarium monialium S. Catharinae. Saec. XV. chart. 4.
408. Breviarium S. Galli absque lectionibus. Saec. XV. chart. 4. (S. 297.)
409. Diurnale psalmorum chori Constantiensis. Saec. XV. chart. 4. (D. 261.)
410. Antiphonae, collectae, hymni p. ann. — Codex papyraceus, ob peregrinos hymnos et Hebraeum textum, tegumento olim adglutinatum, e longinquo huc devectus. Saec. XIV. 4. (S. 396.)
411. Lectionarium matutinorum. — Codex manu Galli Kemmli exaratus. Saec. XV. chart. 4. (S. 289.)
412. Lectionarium Benedictinum matutinorum pro S. Gallo; Alcuini rhetorica et musica. — Codex membranaceus, ope plurium scriptus. Saec. XIII. 4 spiss. (S. 384. vid. Pertz Reise, pag. 510.)
413. Breviarii pars hyemalis sine psalterio; antiphonae et responsoria c. not.; ab initio calendarium; historia de illo iuvene, duce latronum, in lectione II. nocturni S. Ioannis evangelistae enarratur. — Codex optimus, pulchre in membrana subtili scriptus, et quidem textus musicus c. minutis literis; foedis characteribus posthinc festa adscripta fuere in marginibus. Colligatura secunda. Saec. XI. fol. min.
414. Lectionarium matutinale et antiphonarium et responsoria c. not.; ab initio calendarium; computus; hymni posterioris aevi sunt plures. — Codex bonus, in membrana dissimili circa initium saec. IX. scriptus. Ligatura secunda. Fol. min. (S. 129.)
415. Breviarium S. Galli c. signo capitis humani et stellae super illud. Saec. XV. chart. fol.
416. Breviarii ad horas decantandas pars I. — Codex inconcinne scriptus in membrana crassa, immunda. Notae musicae nonnihil hodiernis accedunt. Saepe nec margo observatur. Saec. XII. fol. (S. 113.)
417. Manuscriptum authenticum ex quo a. 1608 typis editum fuit breviarium Benedictinum in Helvetia. Chart. fol.
418. Lectiones matutinorum; commune sanctorum. — Ioannes Berkammer, parochus in Henau, hunc codicem a. 1431 scripsit. Saec. XV. chart. fol. (S. 37.)
419. Breviarium S. Galli; officium defunctorum c. not. — Codex membranaceus p. f. Gallum Wanger, S. Galli coenobitam iussu decani Marci a. 1469 scriptus. Fol. (S. 125.)
420. Benedictionale; privilegium papale a. 1247 abbatibus concessum benedicendi calices; privilegia Benedictinorum. — Codex membranaceus, quondam in usu ecclesiae. Saec. XV. fol.
421. Benedictionale solenne; cantus passionis in hebdomade sanct. — Codex membr., a. 1522 scriptus p. Ant. Vogt; fol. (S. 140.)
422. Lectionarium homiliarum ab adscensione usque ad anni finem. — Codex bene et diligenter in membrana solida scriptus. Saec. IX. 4 obl. (S. 204.)
423. Lectionarium homiliarum a passione usque ad adventum. — Codex diligenter scriptus. Pag. 417, 422 rescriptae observantur, sed nullius momenti. Saec. X. membr. 4. (S. 171.)
424. Liber comitis, seu epistolae et evangelia per circulum anni. — Codex munde et sollicite exaratus in membrana solida, ubi verba scripturae s. rubro colore exprimuntur. Ligatura secunda. Saec. X. fol. (S. 74.)
425. Lectionarium homiliarum a nativitate domini usque ad dominicam II. quadragesimae; antiphonae de S. Wiborada. — Codex putredine corruptus, mutilus, in membrana crassa et tenui. Nomen Egilolfi an scriptoris? Saec. X. fol. (S. 85.)
426. Liber scintillarum floresque rosarum, i. e. virtutum; lectiones nocturnales in nativitate domini. — Codex optimus, correctus. Ligatura prima. Folia plurima ob tenuitatem in uno solum latere conscripta. Saec. IX. fol. (D. 192.)
427. Homiliae dominicales post pentecosten et festivales. Saec. XII. membr. fol. (D. 71.)
428. Lectionarium nocturnale per circulum anni. — Codex ex foliis saec. XI. et XIII. scriptis consarcinatus. A. 1403 capella-

nus S. Iacobi, Henricus Läbi, cuius nomen et in aliis codicibus occurrit, fuit eius possesor. Membr. fol. (S. 36.)

429. Lectionarium nocturnale homiliarum. Saec. XII. membr. fol.

430. 431. 432. Collectarii homiliarum SS. patrum pars I. II. et III. — Codices eleganter scripti pro usu chori, literis maiusculis et robustis. Saec. IX. membr. fol. reg. (M. 1. 2. S. 29.)

433. Lectiones de S. Gallo et Othmaro; lectiones dominicales et festivales; hymnus quadragesimalis; Ailerani Scotti interpretationes nominum progenitorum Christi. — Codex ad usum chori robusta scriptura eleganter exaratus. Saec. X. membr. fol. reg. (S. 24.)

434. Collectarium homiliarum a paschate usque ad adventum. — Codex a pluribus scriptus, charactere consueto minusculo et magnis initialibus rubris. Saec. IX. membr. fol. reg.

435. Explanatio evangeliorum p. anni circulum; fragmentum legendae S. Georgii. — Codex bene scriptus, textu evangelii rubro. Saec. IX. membr. fol. maj.

436. Lectiones dominicales tertii nocturni et feriales. Saec. XIII. membr. fol. maj. (S. 28.)

437. Lectiones festivales trium nocturnorum; antiphonarium c. not., ecclesiae in Marbach olim proprium; SS. Galli, Othmari festivitates. Saec. XII. membr. fol. maj. (S. 32.)

438. Psalterium et hymni c. not. et aliquibus picturis. Saec. XII. membr. fol.

439. Vesperae in summis festivitatibus. — Codex choralis membranaceus, scriptus et pictus sub abb. Diethelmo abs eodem, qui codices 357 et 442 scripsit et pinxit. Saec. XVI. fol.

440. Psalterium et festivale c. hymnis et canticis. — Codex membranaceus choralis, scriptus a. 1476; bis occurrunt depictae initiales. Fol.

441. Benedictionale abbatis. Saec. XV. membr. fol. (S. 72.)

442. Agenda pro administratione sacramentorum et vini ex cochleari S. Galli. — Codex sub Diethelmo scriptus. Saec. XVI. membr. fol. (D. 444.)

443. Ordo unguendi infirmos in coenobio. Mauritii Enk, Altstettensis, dissertatio de musica figurali. Saec. XV. et XVI. chart. 4. (S. 186.)

444. Ordo inunguendi infirmos in coenobio et mortuos sepeliendi. Saec. XV. membr. fol. (S. 124.)

445. Fridlin Sicher Directorium für St. Gallenmünster, wo und wann Kirchweihe, Patrocinium, Ablass, Procession zu halten, Lichter anzuzünden und zu läuten sey. — Das beste Buch zur Erkenntniss der Lage der ehemaligen Capellen, Kreutzgänge, Kirchengebräuche in St. Gallenmünster. Der Capplan Fridolin Sicher schrieb es 1541 auf den Wink Abt Diethelms. (S. 214.)

446. Collectio opusculorum de missa, baptismo, SS. ordinibus, ieiuniis, lectionibus, imprimis Haitonis, Amalarii, Theodulfi, episc. Aurel., Alcuini, Walafridi auctorum; Alcuinus ad Witonem de virtutibus et vitiis. — Codex insignis, qui pag. 184 quaternionum numerum de novo inchoat. A principio legitur aenigma. Saec. X. membr. 4. (S. 235. vid. Pertz Reise, pag. 307 et 510.

447. Directorium chori coenobii in castello in Bavaria S. Galli choro adcommodatum. — Codex papyraceus, scriptus circa a. 1439, cum abbas Eglolfus reformatores huc arcesserat. 4.

448. Calendarium anni 1400; directorium chori monasterii Hirsfeldensis choro S. Galli adcommodatum. — Codex papyraceus. Hirsfeldenses reformatores a. 1446 huc accersiti fuere. His successere Castellenses, et his post triennium Wiblingenses cum suis Italicis ceremoniis. Fol. (S. 75.)

449. Durandi rationale divinorum officiorum, pars II. Saec. XV. chart. fol. (S. 76.)

450. De computo; calendarium; versus; aenigma. — Codex membranaceus, non in S. Gallo exaratus, attamen iam saec. X. eius libris adnumeratus. Saec. IX. fol. (S. 185.)

451. Martyrologii Romani fragmentum Scottice scriptum. — Codex rarus ob scripturam Scotticam, qua scriptus est. Saec. IX. membr. fol. (S. 152.)

452. Necrologium, martyrologium, regula S. Benedicti. — Codex membranaceus, scriptus sub Diethelmo abb. a Fridolino Sicher. Saec. XVI. fol. (vid. Archiv, IV. 318.)

453. Necrologium; martyrologium; regula; annales Hepidani; catalogi abbatum; multa de servitiis. — Volumen hoc, historiae S. Galli cimelion, plures habet additiones. Saec. XII. fol. (S. 60. vid. Monumenta, tom. I. pag. 71 et 73; Archiv, IV. pag. 318, 319, 326; I. pag. 394; Pertz Reise, pag. 105.)

454. Adonis martyrologium; vita S. Severini; epistolae S. Ignatii c. not. posterioris aevi. — Codex insignis. Ligatura secunda. Saec. IX. membr. fol. maj. (S. 21. vid. Pertz Reise, pag. 503, 511; Archiv, IV. pag. 308.)

455. Adonis martyrologium. — Codex diversis haud bonorum librariorum manibus exaratus. Numerus quaternionum praeter morem in dextra ponitur; in fine de Friderico Barbarossa, Henrico rege notae historicae. Saec. XI. membr. 4. (S. 286. vid. Pertz Reise, pag. 511; Archiv, IV. pag. 308; Monumenta, tom. I. pag. 71.)

456. S. Notkeri martyrologium. — Codex a duobus librariis nitide et perquam correcte scriptus, at tribus in locis mutilus. Saec. IX. membr. 4. (S. 245. vid. Pertz Reise, pag. 511; Archiv, IV. pag. 308.)

457. Rabani Mauri martyrologium absque praefat. — Codex bonus. Ligatura prima. Quaterniones literis minutis enumerantur. Saec. IX. membr. 8. (S. 347. vid. Pertz Reise, pag. 511; Archiv, IV. 308.)

458. Rabani Mauri martyrologium. — Codex nitide scriptus et ab auctore amico suo Grimaldo, abbati Sangallensi, dedicatus. Ligatura prima. Membrana pulcherrima. Saec. IX. 8. (vid. Pertz Reise, pag. 511; Archiv, IV. 308.)

459. De computo; Beda de temporibus, sed incompletus; calendarium. — Codex bene scriptus a librario S. Galli, linguae Graecae perito. Notae quaedam breves historicae. Saec. X. membr. 4. (S. 382. Monumenta, tom. I. pag. 62. et 70.)

460. Verzeichniss der Ablässe in S. Gallener Münster und beiliegenden Capellen. — Est alicuius historici valoris ob loci situm tempore saec. XV. 4.

461. Cantilenae celebrium musicorum Galliae et Belgii. — Codex musicus membranaceus, olim Fridolini Sicher proprius. Saec. XV. 4. (d. 437.)

462. Cantilenae IV vocum sacrae et profanae, Teutonicae, Gallicae, Latinae. — Codex musicus papyraceus, cuius possessor a. 1510 erat Ioannes Heer, tum Aegidius Tschudi, per cuius posteros cum caeteris S. Gallo fuit venditus. Saec. XV. 4.

463. Cantilenae celebrium auctorum ab Aegidio Tschudi collectae. — Codex papyraceus, manu Aegidii Tschudi scriptus; ex eo, ad instantiam societatis musicae, principi de Lichtenstein plura extraxi et Viennam direxi. (Arxius.) Saec. XVI. 4.

464. Cantilenae eorundem, quondam Aegidii Tschudi. Saec. XVI. chart. 4.

465. Expositio missae. Saec. XV. membr. 4. (S. 404.)

466. Expositio hymnorum in horis canonicis; vocabularium Latinum. Saec. XIV. chart. 4. (S. 401.)

467. Diversa opuscula a Gallo Kemlin collecta, v. g. sermones, collectae, hymni, sequentiae, tr. de poenitentia, ius cancelli seu Verkünd- formulae, exempla, bulla festi s. corporis Christi, vale Martini V. P. ad Constantienses. — Codex papyraceus, diversis manibus saec. XIV. et XV. scriptus. 4. (d. 357.)
468. Paginae superstites breviariorum nullius pretii. Saec. XIV. membr. 8.
469. Hymni et preces. Saec. XIV. membr. 8.
470. Officia parva c. pict. et literis deauratis. Saec. XV. membr. 8. (D. 462.)
471. Cursus de B. Virgine capellae in monast. S. Galli, c. literis deauratis. Saec. XV. membr. 8.
472. Antiphonae cum et sine notis; multae de S. Nicolao et S. Catharina. Saec. XIV. membr. 8.
473. Preces variorum colligatae. Saec. XV. chart. 8.
474. Tagzeiten und Gebether. Saec. XV. chart. 8.
475. Teutsches Breviar. Saec. XV. chart. 8.
476. Cursus B. Virginis. — Libellus papyraceus, a. 1530 scriptus a Ioanne Landsperger. Saec. XVI. chart. 8.
477. Feriale breviarium monialium S. Catharinae in S. Gallo. Saec. XV. chart. 8.
478. Gebethbüchlein mit abergläubischen Rubriken. Saec. XV. chart. 8.
479. Tagezeitengebether mit einigen kleinen guten Gemälden. — Libellus papyraceus, scriptus a Dorothea v. Hof a. 1483, literis deauratis. 12.
480. Horae minores. Saec. XV. membr. 12. (d. 464.)
481. Cursus; vesperae defunctorum; preces; officium de Henrico imperatore. Saec XV. membr. 12. (S. 307.)
482. Preces et ascetica multa et varia. — Libellus papyraceus, a. 1571 per Gallum Wagner, coenobitam S. Galli, scriptus. 12. (d. 486.)
483. Cursus B. Virginis et preces. Saec. XVI. membr. 12. (S. 495.)
484. Tropi carminum et missa Graeca c. not. Saec. XI. membr. 16. (M. 36.)
485. Preces; meditationes; invocationes sanctorum. Saec. XV. chart. 12. (S. 452.)
486. Antiphonae; hymni; sequentiae c. not. musicis. Saec. XV. membr. 16. (S. 462.)
488. Gebethbüchlein. Saec. XVI. membr. 16. (d. 347.)
487. 489—491. 493—499. 503. e. f. g. 505—510. 512—515. 517—520. 522—524. 530. 531. Psalteria; preces; Gebethbüchlein etc. — Hi codices omnes chartacei et nullius pretii sunt.
492. Psalterium Latinum c. Teutonicis notis in margine. Saec. XV. membr. 16.
500. Breviarium Moureti. Saec. XIV. membr. 16. (S. 499.)
501. Psalterium. Membr. 16. (S. 453.)
502. Flores S. Bernardi. Saec. XV. membr. 16. (S. 495.)
503 a. b. Preces Latinae et Gallicae c. insignibus picturis. Saec. XVI. membr. 12.
503 c. Diurnale. Saec. XIV. membr. 12.
503 d. Breviarium. Saec. XIV. membr. 24.
503 h. Cursus de B. Virgine c. pictura annunciationis. Saec. XVI. membr. 16.
503 i. 503 k. Breviarium. Saec. XIV. membr. 8.
504. Diurnale. Saec. XIV. membr. 8. (d. 453.)
511. Gebetsbuch. — Libellus pergamenus, initialibus deauratis, imaginibus Veronicae et scuto possessoris. Saec. XVI. membr. 8.
516. Lib. precum; psalterium. Saec. XIV. membr. 8. (S. 420.)
521. Orationes devotae; icon crucifixi. Saec. XV. membr. 8. (S. 451.)
525. Collectanea; tractatus ascetici; Hugwicii lexicon Teutonico-Latinum. — Codex membranaceus et chart. Pag. 345 Teutonica metrica. Saec. XIV. et XV. fol. (S. 77.)
526. Breviarium pro choro S. Galli, pars II. Saec. XV. membr. fol. (d. 186.)
527. 528. 529. Psalteria. Saec. XV. membr. fol. (d. 74; S. 88; d. 75.)
532. Directorii perpetui regula I. et II. — Codex membranaceus a Fridolino Sicher sub Diethelmo scriptus, rem historicam de capellis, processionibus, de officio divino multum illustrans. Saec. XVI. fol. (S. 117.)
533. 534. 535. 536. 537. 538. Eiusd. argumenti, nempe directorii regula I. — XXXVI., ab eodem scriptore c. picturis. No. 533 insigni pictura et vera effigie abbatis Francisci decoratus in fundo aureo. Saec. XVI. membr. fol. (S. 118; S. 79; S. 119; S. 115; S. 114. De cod. 553 vid. Pertz Reise, pag. 502; Archiv, IV. 326.)
539. Exemplar brevioris directorii a regula I. — VII. — Codex membranaceus, ab eodem Sichero scriptus sub abbate Francisco, cuius imago et insignia expressa sunt. Saec. XVI. membr. fol.
540. Lectionarii in matutinis pars festivalis. — Codex a. 1507 ab Ant. Vogt, qui viginti annis serius ab ordine et religione catholica defecit, membrana pulcherrima egregie scriptus, adiecta ab ipso praefatione et conclusione bene scripta. Picturae hominum, fructuum, florum, animalium et literae initiales egregium artificem testantur. Saec. XVI. fol. (M. 1.)
541. Antiphonarium horarum, praemisso calendario, pars II. a paschate usque ad adventum. — Codex a. 1544 scriptus a Fridol. Sicher, c. picturis nitid. Saec. XVI. fol. reg. (M. 2.)
542. Introitus missarum c. vocibus quatuor a paschate usque ad adventum. — Codex a. 1562 in pergameno selecto per Henricum Keller, organoedum et ascetam S. Galli, bene scriptus et plurimis picturis historiarum biblicarum, angelorum, instrumentorum musicorum, animalium, florum etc. egregie decoratus sumptu non modico. Fol. (m. 3.)
543. Antiphonarium ad vesperas festorum principalium c. IV vocibus. — Codex ab eodem H. Keller scriptus a. 1564, c. duabus picturis. Fol. reg. (M. 8.)
544. Psalterium; hymni. — Codex a. 1560 scriptus; initiales depictae et deauratae. Membr. fol. (m. 9.)
545. Antiphonarium. Saec. XVI. membr. fol.
546. Missae chorales; antiphonae; sequentiae; hymni, adscriptis auctorum, praecipue S. Notkeri, nominibus; duae cantilenae Teutonicae; omnia c. notis musicis. Una cantilena a Ludovico Moser, Carthusiano Basileensi, altera a Sebastiano Brand Teutonice reddita. Hymnus de S. Notkero ab abb. Francisco compositus. — Codex papyraceus, scriptus a Ioachimo Brander, dicto Pfister, capitulari S. Galli sub abb. Francisco. Saec. XVI. fol. reg. (M. 11.)
547. Hist. Orosii, Eusebii, Hieronymi, Petri Trecensis scholastica; summa mag. Beleth mutila; passagium abbatis Roberti in Terram Sanctam; loca ab Israëlitis habitata; Bedae historia Anglorum; gesta regum Francorum; Pauli diaconi historia Longobardorum; Eginhardi vita Caroli M.; census monasterii S. Galli in Celle, Wangwiler, Schaitegg, Hochwiler, Wurm-

lingen, Frumarn, Trutelfingen, Lenzkirch, Limbach, Niderglatt. — Codex non aetate, sed copia insignium historicorum pretiosissimus. Saec. XIII. fol. reg. (M. 7. vid. Pertz Reise, pag. 504, 505; Archiv, I. pag. 396, III. pag. 228.)

548. Passiones martyrum. — Membrana impura, foraminibus plena. Vita S. Agathae et Luciae codici adnexae sunt, charactere saec. IX. inchoantis. Saec. IX. 4. (S. 269. vid. Pertz Reise, pag. 503.)

549. Vita S. Marcellini. — Membrana impura. Pag. 40 patet, legendas in missa publica lectas fuisse. Saec. IX. membr. 8. (S. 380.)

550. Vitae SS.; Isonis formulae chartarum scribendarum a Baluzio editae; poenitentiale; canones Cumeani et de baptismo. — Membrana impura. Saec. IX. et X. 8. (S. 498. vid. Pertz Reise, pag. 508.)

551. XII vitae sanctorum, quibus adnectitur vita Aridii; collectarius S. Eusebii dictus. — Membrana pura; character saeculi IX. desinentis. Aridii vita descripta est ex codice antiquiore, qui aderat. (S. 381. vid. Pertz Reise, pag. 502, 503.)

552. VI vitae sanctorum, quibus adiuncta est vita S. Martini. — Vita S. Martini in membrana maculosa et alia manu conscripta. Ligatura secunda. Reperitur in catalogo saec. IX. bibliothecae S. Galli. Saec. IX. 4. (S. 355. vid. Pertz Reise, pag. 502.)

553. Vita S. Columbani et sociorum; vita S. Galli sub S. Othmaro scripta et circa initium saec. XI. rescripta. — Duo libelli in unum colligati sunt, ut pag. 150 manifestum fit. Codex pretiosus.(vid. Pertz Reise, pag. 502; Archiv, IV. pag. 326, 331.)

554. Vita S. Gregorii M. a Ioanne diacono scripta. — Codex madefactus, quondam in commune patratus. Ligatura prima. Saec. IX. membr. 4. (S. 275.)

555. Vita S. Columbae. — Codex membranaceus, pulchre scriptus. In fine imago S. Columbae. Reperitur in catalogo bibliothecae saec. IX. Saec. IX. 4. (S. 413.)

556. Vitae SS. Emmerammi, Eligii, Quintini, Notkeri, Cassiani; epistolae de furto ex templo S. Galli; epistolae Rudperti, Elisabethae Rüthensis. — Codici pulchre scripto adnexa est vita S. Notkeri saec. XII. scripta. Ligatura secunda. Membr. 4. (S. 237. vid. Pertz Reise, pag. 502.)

557. Vitae S. Martini et S. Briccii episc. — Codex nitide scriptus in optima membrana. Occurrit in catalogo saec. IX. Fol. (S. 166.)

558. Vitae S. Pauli, Antonii, Hilarionis, Malchi, Martini; dedicatio S. Michaëlis; homiliae S. Caesarii; Chrysostomus de poenitentia. — Codex manibus diversis scriptus bene et correcte. Reperitur in catalogo saec. IX. Membr. fol. (S. 166.)

559. Vita S. Sebastiani, Agnetis, Agathae, Caeciliae, Andreae, Luciae, Peregrini, Corcodori, Blandinae, Vedasti; sermo S. Ambrosii. — Codex per diversos pulchre scriptus. Saec. IX. membr. fol. (S. 161. vid. Pertz Reise, pag. 503.)

560. Vita S. Galli, Othmari, Wiboradae; sermones. — Codex nobiliter scriptus ab Herimanno, qui se hoc libri decus ex voto perfecisse testatur pag. 6. Collatus et lectiones variantes Francofortum missae sunt. Saec. XI. membr. fol. (S. 208. Archiv, IV. pag. 330.)

561. Passiones undecim apostolorum; octo capita ex historia tripartita; vita S. Basilii, Eulaliae, Genovefae, Eustachii, Agnesae, Agathae, Luciae, Columbae, Radegundis; sermones et lectiones posterioris aevi. Saec. IX. membr. fol.

562. Vita S. Galli et Othmari. — Codex nitide initialibus deauratis et arabescis decoratus, in reformatione ablatus et a. 1653 Constantiae redemptus. Saec. IX. membr. fol.

563. Vita S. Richarii, Dionysii, Quintini, Gregorii P., Crispini, Amandi, Salvii, Vedasti, Nazarii, Gervasii, Protasii, Mauritii, Marci, Ioannis et Pauli, Cosmae, Damiani, Firminii. — Codex bonus, lucide scriptus. Saec. IX. membr. fol. (S. 165. vid. Pertz Reise, pag. 503.)

564. Vita S. Galli, Othmari, Wiboradae. — Codex lucide scriptus et collatus; lectiones variantes societati historiae Teutonicae missae fuere. Saec. XII. membr. fol. (S. 167. vid. Archiv, IV. pag. 330.)

1589. 311. Lycophronis Alexandra (sive Cassandra) c. expositione Isaaci Tzetzae; saec. XVI.

1590. 313. Aeneidos lib. I. Graeco versu; endecaton Aeneidos, Graece; saec. XVIII.

1591. 315. Dialogus animae et corporis; fidei expositio; Philostrati Lemnii de vita Apollonii lib. IV priores; dictiones et tropi Attici; Philostrati heroica c. gl. interlin; Plutarchus de mulieribus et de anima; Damnatus, sophista, de generatione hominis; Aesopi fabulae CXXXVIII; Pauli Silentiarii versus de Pythiis thermis, c. gl. interlin.; Michaël Psellus, philosophus, quod rotunda sit terra etc.; saec. XVI., diversa manu, maximam partem binis columnis.

In Quarto.

1592. 317. Constantinus Lascaris de grammtica; saec. XVII.

1593. 319. Constantinus Lascaris de syntaxi verborum; anon. de metris et de variis partibus orationis; anon. de dialectis; saec. XVI.

1594. 320. Michaëlis Syncelli doctrina de syntaxi orationis; anon. de dialectis, quantitate syllabarum et aliis grammaticae partibus; saec. XVI. (initio nonnulla desiderantur)

1595. 322. Georgius, Corinthius, de dialectis; anon., qui creditur Ioannes Philoponus, de eodem argumento; saec. XVII. (Hoc codice usus est Koen in sua editione.)

1596. 323. Herodianus de dialectis; eiusd. deductiones difficulter declinatorum verborum; saec. XVI.

1597. 324. Anon. grammatica de accentibus, figuris et praepositionibus; saec. XV.

1598. 330. Libanii, sophistae, orationes; saec. XVII. bombyc. (in fine mutilus ac lacer)

1599. 331. Aristoteles de poëtica; Demetrius Phalereus de interpretatione; saec. XVI.

1600. 333. Theognidis et Phocylidis sententiae; Pythagorae aurea carmina; Solonis elegiae; Catonis sententiae p. Planudem; saec. XVII.

1601. 334. Theognidis sententiae; Eudoxiae Homero-centones; Dio-

Meerm.

nysii (Periegetae), Alexandrini, terrarum orbis descriptio, c. eiusd. vita; saec. XVI.

1602. 337. Theocriti idyllia c. scholiis; Musaei carmen de Herone et Leandro; saec. XVII.

1603. 338. Pindari Olympionica c. scholiis; eiusd. IV priora carmina Pythica; saec. XVII.

1604. 339. Sophoclis tragoediae duae, nimirum Ajax flagellifer et Electra, c. scholiis et gl. interlin.; saec. XV.

1605. 340. Raphaëlis Regii excerpta ex historia Ioannis Tzetzae et ex aliis; praecedunt varia epitaphia Latina, saec. XVII. diversa manu scripta.

1606. 341. Gregorii, Nazianzeni, tragoedia Christus patiens; Zoroastri oracula magica c. explic. Plethonis, recentiore manu scripta.

1607. 342. Michaëlis Apostolii monodica epicedica, ad Andream Calergi; Theodori Prodromi versus iambici in festa principalia; anon. de versu iambico; Euripidis vita; Bessarionis card. epist. ad Michaëlem Apostolium; anon. epist. ad Georg. Trapezuntium, c. huius responsione, de comm. Trapezuntii in Ptolemaeum; Psellus de virtute lapidum; (Gemisti) Plethonis monodia; anon. de mensibus Atheniensium, Ascalonitarum etc.; proverbia secundum alphabetum; saec. XVII.

1608. 345. Eustathii de amoribus Ismenias et Ismenes lib. XI; saec. XVI.

1609. 348. S. Maximi, confessoris, sententiae, collectae ex diversis auctoribus ecclesiasticis et profanis; saec. XII. membr.

1610. 349. Bessarionis, card., et aliorum epistolae mutuae; emendationes in Hermogenem et alia diversa; saec. XVI.

1611. 350. Capita quaedam ex hecatontade Maximi, confessoris; Socratis gnomae; glossae quaedam nomicae; de synodis oecumenicis; excerpta ex Palaephato de incredibilibus; de decem plagis Aegyptiorum; collectio medica ex variis auctoribus; Psellus de electro etc.; saec. XVI.

In Octavo et Minore Forma.

1612. 351. Theodori Prodromi explanatio in interrogationes Augustae, ubi de re grammatica ex professo agit; saec. XVI.

1613. 353. Manuël Moschopulus de examinandae orationis ratione; Phocylidis fragmentum poëseos moralis, heroico versu, c. scholiis inter lineas; saec. XVI.

1614. 354. Maximus Planudes de syntaxi verborum, ordine alphabetico; saec. XVI. (in fine mutil.)

1615. 357. Demosthenis orationes, praemisso Libanii fragm. de vita Demosthenis, et de vario dicendi genere, subiecta vita Aeschinis; saec. XVIII.

1616. 359. Phocylidis carmina quaedam; Theodorus Prodromus de mure; Bessarionis, card., epistola ad Andronicum Callistum; Phocylidis carmina (altera vice); anon. (Ioannis Pediasimi) labores XII Herculis, c. comm.; canones varii de grammatica; exercitationes grammaticae in Hesiodi aspida; item in eiusdem opera et dies; Phalaridis epist. ad Athenienses; Demosthenis Olynthiaca oratio I.; anon. sententiae philosophorum; Clementis Romani sententiae; Phalaridis epist. ad Xenopeuten; Bessarionis, card., epistola ad Apostolium; Nic. Secundini epist. ad Andronicum Callistum; Synesii epist. ad Ioannem; saec. XVI.

1617. 365. Anon. apophthegmata; Ioannis Damasceni dialectica; Euclidis de geometria fragm.; Blemmides, de tribus figuris; Gregorii Nazianzeni syntagma philosophicum; synopsis arithmeticae et musicae; synopsis geometriae et astronomiae; Nemesii divisiones; Psellus, de virtute et vitio; Maximus, monachus, de anima nostra; S. Pachomii sermones dogmatici; eiusd. resolutiones diversae; Basilii M. epistola ad Maximum philosophum; Pachomii epist. ad Païsium Metropolitam, et ad Athanasium Naupacti Metropolitam; anon. de librls Macchabaeorum; anon. de epistolis; et alia ad rhetoricam pertinentia; saec. XVI.

Historici ecclesiastici, Iudaici, civiles et geographi antiqui.

Meerm. *In Folio.*

1618. 367. Ioannis apostoli et Prochori eius discipuli peregrinationes, a Frontone Ducaeo recognitae; saec. XVII.

1619. 368. Theodoreti, episc. Cyri, historiae ecclesiasticae lib. I. III. IV. et V.; saec. XVI. (c. quibusd. lacunis).

1620. 369. Theodoreti, episc. Cyri, historia philothea, seu virorum morum sanctitate praestantium; saec. XVI.

1621. 371. Simeonis Metaphrastae vitae sanctorum mensis Octobris; saec. XI. membr. (binis columnis, priora et posteriora folia paululum verminosa sunt).

1622. 372. Gregorii Cyprii sermo in magnum Christi martyrem Georgium (prioribus XII foliis chart. descriptus); synaxarium, complectens totius anni sanctorum res gestas per compendium, incipiens a mense Septembri et desinens in mensem Augustum; saec. XI. membr.

1623. 373. Anon. vitae sanctorum et quorundam eorum miracula; Andreae Cretensis sermo de vita humana et de dormientibus; S. Ephrem, sermo de salute animae et de futuro iudicio; Ioan. Chrysostomus, de iudicio; Ioan. Damascenus, de iis qui dormierunt in fide; Basilii M. sermones duo de ieiunio; Ioan. Chrysostomus, in publicanum et Pharisaeum, et de humilitate; saec. XI. membr. (duabus columnis in fine mutilus et nonnihil detritus).

1624. 374. Geronticon, seu vitae patrum, ordine alphabetico, quarum initium deest, incipientes ab η.; narratio ex vita abb. Daniëlis; sententiae et gesta sanctorum senum; Ioannis Moschi, monachi, pratum spirituale, cuius finis periit; saec. XV.

1625. 378. Flavii Iosephi antiquitatum Iudaicarum lib. XX; 1640.

1626. 379. Flavius Iosephus, de bello Iudaico; saec. XVI.

1627. 380. Xenophontis de Cyri institutione lib. VIII; eiusd. de Cyri expeditione lib. VII, c. scholiis minio ad marginem descriptis; eiusd. oeconomicus; saec. XVI.

1628. 381. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V priores; saec. XVI.; Venetiis emptus scutis aureis decem. a. 1553.

1629. 382. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V priores; saec. XVI. (Hoc codice usi sunt in excudendo typographi.)

1630. 383. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. ab XI. ad XV., a. 1546 descripti.

1631. 384. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. V. ab XI. ad XV., Venetiis, a. 1553 emptus scutis aureis decem.

1632. 385. Diodori Siculi bibliothecae historicae lib. VII. a XI. ad XVII.; saec. XVI.

Meerm.

1633. 386. Philostrati Lemnii imagines c. scholiis interlin. et margin.; saec. XVI.

1634. 389. Excerpta ex Georgii Syncelli chronographia, a Iulio Caesare ad Diocletianum; Theophanis chronographia, a Diocletiano ad Michaëlem et Theophylactum, imp.; saec. XVI.

1635. 390. Ioan. Xiphilini epitome Romanae Dionis historiae; saec. XVI. (Observat Montefalconius in praef. ad biblioth. Coislinianam, rara esse huius epitomes exemplaria mss.)

1636. 391. Ioan. Zonarae annalium lib. XIII. usque ad XVIII., a Constantino M. ad Alexii Comneni mortem; saec. XVI.

1637. 393. Ioannis Curopalatae compendium historiarum, a caede Nicephori ad imperium Isaaci Comneni; saec. XVI.

1638. 394. Michaëlis Glycae annalium lib. III, ab exordio mundi ad Diocletianum et Maximianum; saec. XVI.

1639. 395. Nicetas Choniata, de imperio Ioan. Comneni, Manuëlis Comneni, Alexii Porphyrogenitae, Andronici Comneni, Isaaci Angeli, Alexii Comneni, Isaaci Angeli et filii eius Alexii et Alexii Ducae, ac de iis, quae post captam urbem acciderunt; Venetiis a. 1541 scriptus a Barthol. Brixiano.

In Quarto.

1640. 397. Georgii Gemisti Plethonis opus, excerpta et censuram Strabonis geographiae continens; eiusd. compendium terrae habitabilis ex Strabone; Hieroclis notitia geographica imperii Contantinop. (quod opus in variis mss. inscribitur: comes peregrinationis); Plethonis excerpta ex Ptolemaei geographiae lib. III. et VIII.; eiusd. chorographia Thessaliae et alia geographica; tabulae insigniorum urbium et insularum orbis terrarum ex Ptolemaeo; Palaeologorum et Ottomanorum genealogia et chronographia, ab Adam ad Michaëlem et Theophilum, imp.; saec. XVI.

1641. 398. Eustathii, Thessalonic. episc., comm. in Dionysium Periegetem; saec. XVI. (Hoc codice plura, quam quae edita sunt, contineri, marginales notae indicant.)

1642. 400. Anon. de urbe Constantinopolitana, de eius situ, thermis, statuis etc. excerpta e bibliotheca Vaticana, a. 1547 exarata.

In Octavo.

1643. 402. Xenophontis de Cyri expeditione lib. VII; saec. XV. manu Michaëlis Apostolii in bello captivi descripti, quibusdam lacunis interrupti.

Manuscripti Codices Latini.

Theologia.

In Folio.

1644. 404. Biblia c. libris apocryphis et canonibus, ex translatione D. Hieronymi; saec. XII. membr. (2 vol. duabus columnis exarata. Literae initiales maioris dimensionis, et aliae minio varioque colore et ornatu depictae, atque canones eleganter delineati sunt. Ad calcem vol. I. et II. legitur: Lib. S. Marie Talueriarum, quem emit Guido de Rochacet, monachus et sacrista eiusd. monasterii.)

1645. 405. Exodus c. gl. margin. et interlin. amplissimis, eadem manu adscriptis, ut videtur, saec. XII exeuntis. (Fuit olim

Meerm.

bibliothecae Carmelitarum Divionensium; ad calcem legitur: I. Pultripatris.)

1646. 407. Psalmi c. comm. amplissimo; saec. XII. membr.

1647. 408. Cantica canticorum et apocalypsis c. prologis et scholiis inter lineas et in margine eadem manu scriptis; saec. X. membr. (Ex bibliotheca P. P. Carmelitarum Divionensium.)

1648. 409. Evangelia IV c. canone Eusebii ab Hieronymo edito, eiusd. epist. ad Damasum et praefatione; saec. IX. charactere Carolovingico, membr. (Finis evangelii secundum Marcum, initium evangelii secundum Lucam et finis evangelii secundum Ioannem desiderantur.)

1649. 410. Evangelium secundum Lucam c. prologo et comm. anon.; saec., ut videtur, XIV. membr.

1650. 411. Pauli epistola (apocrypha) ad Laodicenses; Hieronymi prologus in epist. canonicas, quem subsequuntur epistolae canonicae Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae; canones epistolarum Pauli, additis praefatione Hieronymi et nonnullis patrum textibus ad easdem pertinentibus; saec. IX., charactere Carolovingico, membr. fol. (Omnes sacri textus paginae scholiis ad marginem et inter lineas refertae sunt. Is codex fuit olim monasterii S. Vincentii Metensis.)

1651. 412. Augustini de genesi ad lit. lib. XII; praecedunt nonnulla de Pauli ac Petri passione; saec. XII. membr. (Fuit olim S. Vincentii Metensis.)

1652. 413. Analysis vocum Hebraicarum in VIII capita priora geneseos, manu recentiore scripta.

1653. 414. P. Roverii commentariae disquisitiones in Leviticum.

1654. 415. Hieronymi comm. in libros paralipomenon c. not. ad marginem recentiore manu appositis, praemissis de historia tripartita versiculis; saec. IX. charactere Carolovingico, membr. (Folia priora et ultima a blattis sunt laesa.)

1655. 417. Augustini et Petri Edacis tr. in psalmos; Mag. Petrus (Lombardus) sup. psalterium aliaque cantica, symbolum, orationem dominicam et symbolum Athanasii; saec. XIII. membr. (Duabus columnis, forma maxima, nonnihil est mucidus. Hunc codicem domina Sophia dono dederat olim monasterio S. Vincentii Metensis.)

1656. 418. Augustini tr. in psalmos, a LI. ad LXXII.; eiusd. soliloquia; eiusd. tr. de vita beata; anon. ratiocinatio. utrum omnes velint esse beati; disputatio Christiani et Iudaei; Bedae explanatio in cantica canticorum; saec. XII. exeuntis, membr.

1657. 419. Augustini tr. in psalmos, a CI. ad CL.; saec. XI. membr.

1658. 421. Hervei, monachi Dolensis, expositionis in Iesaiam lib. VIII; saec. XII. membr. (Duabus columnis versus finem superior ora putrescit.)

1659. 422. Hieronymi prologi et versio Ezechielis, Danielis, Hoseae, Ioëlis, Amosi, Ionae, Michaeae, Nahumi, Habacuci, Sophoniae, Haggaei, Zachariae, Malachiae, Iesaiae et epistolarnm Pauli; gl. super prophetas, evangelistas et Pauli epistolas; excerptum ex vita S. Martini, episc. Turonensis, paulo recentiore manu scriptum; saec. IX. membr. (Notatur hic codex S. Vincentii Metensis.)

1660. 426. Sedulii collectanea in Matthaeum ex diversis patribus excerpta; saec. IX. exeuntis, membr. (Prima pagina plane est detrita prioribus foliis a blattis laesis. Citat hunc codicem Labbeus in dissertt. de scriptor. eccles.)

Meerm.

1661. 427. Bedae, presb., comm. in evangelium sec. Marcum; saec. XI. membr.

1662. 429. Augustini tr. in Ioannis evangelium; saec. X. charactere Saxonico (paucis foliis exceptis) et binis columnis exaratus; membr. (In fine legitur: Adalhartus scripsit istum librum; ac deinde charactere maiusculo: Deodericus humilis Scē Mettis minister hunc codicem Scō Vincentio contulit sub iugulo anathematis.)

1663. 430. Augustini tr. in Ioannis evangelium; saec. XI. membr. (Duabus columnis; initio et in fine superior ora nonnihil est detrita.)

1664. 431. Bedae, presb., comm. in acta apostolorum; eiusd. expositio apocalypseos; anon. sermo de auctoritate domus dei et sancti altaris ex Isidori dictis; Hieronymi comm. in librum Danielis; lib. synodalis Theodulfi, episc. Aurelianensis; eiusd. tr. de baptismo, de chrismate sacro et de eucharistia; eiusd. sermo ad synodum de catholica fide et tres alii sermones synodales; dicta Damasi P. ad episc.; ordo Hispanorum in celebratione conciliorum; dicta Petri apostoli in concilio, excerpta ex variis scriptoribus, et ex dictis Clementis, Anacleti, Evaristi, Telesphori et aliorum patrum; ordo celebrandi concilii apud Lemovicas; ordo Lemovicensium de diligentia corporis domini, sive de synodo bis in anno ab episcopo celebranda c. presb. et reliquis clericis; sermones et dicta, excerpta ex SS. patrum libris, in fine mutila; saec. XI. membr.

1665. 433. Clementis Alexandrini adumbrationes in epist. canonicas; Didymi expositio in easdem epist.; Bedae expositio in acta apostolorum c. ipsius retractatione in eadem acta; eiusd. tr. sup. epist. canonicas; eiusd. epist. ad Accum; saec. XIII. membr. (Fuit olim Carthusiae Montis Dei.)

1666. 434. Variantes lectiones ex codice ms. pervetusto ad expositionem Rabani in evangelium Matthaei, Colon. 1626, c. indicibus operum Augustini etc. (duo quaterniones)

1667. 435. Lib. sacramentorum, sive sacramentarium ecclesiae Romanae c. martyrologio in fine ac nonnullis canonibus ad poenitentiam pertinentibus; saec. XI. ineuntis, membr.

1668. 437. Dionysii Areopagitae lib. IV de coelesti hierarchia, c. eiusd. epistolis, ex translatione et c. expositione Ioannis Scoti Erigenae; saec. XI. membr.

1669. 438. Irenaeus, Lugdunensis episc., contra omnes haereses; saec. XI. membr. (In fine est mutilus, III prioribus foliis sordidis.)

1670. 439. Origenis homiliae in heptateuchum, interprete Hieronymo; saec. XI. membr.

1671. 441. Gregorii, Neocaesariensis episc., expositio fidei; Athanasii, episc. Alexandr., epistolae ad Epictetum, Corinthiorum episcopum, et ad episcopos per Africam constitutos; eiusd. confessio Ariana et catholica; eiusd. de unitate et trinitate lib. I.; eiusd. de propriis personis et unito deitatis nomine lib. II.; eiusd. de assumptione hominis contra Marcellionem lib. III.; eiusd. lib. IV. de singulis nominibus contra novellas haereses cuiusd. Potentini Urbici; eiusd. lib. V. de una ac sempiterna substantia trinitatis; eiusd. lib. VI. de beatitudine filii et de proscriptione sectae pessimae; eiusd. lib. VII. de professione regulae catholicae c. increpatione haereticae; idem de trinitate etc.; regulae definitionum, prolatae ab Hieronymo contra haereticos; Augustinus, de incarnatione domini; eiusd. expositio fidei catholicae; eiusd. lib. ex disputatione habita c. Feliciano; eiusd. lib. disceptationum adversus comitem Pascentium, Arianum, praesente Laurentio, viro clarissimo, iudice; eiusd. commonitorium ad universam ecclesiam destinatum, sub qua cautela Manichaei, si conversi fuerint, suscipi debeant; eiusd. forma epistolae de quodam episc. ipsius sectae; eiusd. homilia de symbolo et omnipotentia patris; idem de domino nostro Iesu Christo, quod sit idem c. patre etc.; eiusd. homiliae VII de symbolo et de spiritu s. etc.; idem de eo quod neophytis ex oleo sancto aures et nares a sacerdotibus inliniantur; idem de mysterio baptismatis; idem de unctione capitis et de pedibus lavandis; ex libris eiusd. excerpta varia; eiusd. lib. contra quinque haereses; idem de fide catholica (omnia autem haec opera Augustino supposita habentur); Cyrilli Alexandr. epist. ad Nestorium; capitula Nestorii blasphemiarum; exemplar expositionis falsitatis fidei Nestorii; saec. XI ineuntis, membr.

1672. 442. Methodii episc. de consummatione saeculi lib. (in editis, dictus revelationes), cuius duo articuli desiderantur; opusculum Bonaventurae, cui titulus: parvum bonum (in editis, incendium amoris); Methodii fragmentum, ad cuius calcem legitur: Explicit de consummatione saeculi tractum et abbreviatum compendiose ex originali, quod fuit originaliter compositum a Methodio episc., qui pro Christo in Graecia martyrisatus est; summa Mag. Archimatei de secretis medicinae; opera quaedam fratris Nicolai, ordinis Praedicatorum, quorum initio legitur: Incipiunt experimenta de animalibus fratris Nicolai Medici de Polonia qui fuit in monte Pe . . . . Zoannis, qui tantae fuerat experientiae, quod ante ipsum non creditur similis ei fuisse, nec speratur de futuro, ut patet in miris operibus suis in diversis provinciis et regionibus causas magnas et subitas faciendo; eiusd. antypocras (?), seu lib. empiricorum; opus metricum; anon. lib. medicaminum; saec. XIII. membr.

1673. 443. Ioannis Chrysostomi homiliae XXXVIII; eiusd. opusc.: Neminem posse laedi nisi a se ipso; eiusd. de compunctione cordis libri II; idem de reparatione lapsi; saec. X. membr. (Initio legitur, hunc codicem dono datum fuisse monasterio S. Vincentii Metensis a Guadulfo, abbate.)

1674. 446. Hieronymi, Damasi, Augustini, Epiphanii et Rufini epistolae (quarum indicem scheda separata praefixa exhibet) et Origenes in cantica ab Hieronymo versus; Ambrosii epistolae ad Flaccillam virginem fragm.; Hieronymi praefatio apologetica ad Pamachium; saec. XI. charactere Carolovingico, membr.

1675. 448. Hieronymi et aliorum ad eum epistolae, numero CXLV; praemittitur epist. Guigonis (primi), Carthusiae prioris, ad fratres Durbonenses, de epistolis Hieronymi, quas ipse correxerat; saec. XII. membr. (Hic codex vel autographum est Guigonis, vel illius apographum, melioris saltem notae censendus, quippe a viro docto ad optima exemplaria castigatus.)

1676. 449. Augustini, Leonis, Gregorii P., Hieronymi aliorumque patrum sermones et homiliae, quas Eginus praesul transscribi iussit, quarumque index folio XXI. verso et

Meerm.
seq. exhibetur, secundum ordinem solemnitatum, quibus in ecclesia legebantur; saec. VIII. membr. (fol. 288, duabus columnis, forma quadrata, picturis quatuor notatu dignis ornatus, initio vero et in fine mutilus, scriptura hic illic evanescente et in fine maculata)

1677. 450. Augustini varii sermones, numero XLVIII, quorum index praefigitur, ultimo mutilo; saec. XI. membr.

1678. 451. Augustini confessionum lib. XIII; Ambrosii de officiis lib. III; eiusd. lib. de paradiso; eiusd. invectiva in corruptores virginis deo sacrae; eiusd. luctus de virgine stuprata; saec. XI. membr. (Fuit olim S. Vincentii Metensis.)

1679. 452. Augustini lib., cui titulus: Sex quaestiones contra paganos; eiusd. et nonnullorum ad eum epistolae, numero XCVII, quarum index scheda separata praemittitur; eiusd. lib. de patientia et sermo (suppositius) de igne purgatorio; saec. XII. ineuntis, membr. (Notatur S. Vincentii Metensis.)

1680. 453. Augustini lib. IV de doctrina Christiana; eiusd. lib. adversus Faustum; saec. XII. membr. (Fuit olim S. Vincentii Metensis.)

1681. 455. Augustini de trinitate lib. XV; Anicii Severini Boëtii lib. ad Aurelium Symmachum, quomodo trinitas unus deus est et non tres dii; idem ad Ioannem, diaconum Aquileiensem, utrum pater et filius et spiritus s. de divinitate substantialiter praedicentur; idem adversus Nestorium, pro persona et natura; saec. IX. charactere Carolovingico, membr. (in fine deficiens)

1682. 457. Augustini (vel incerti auctoris) tr. de diligendo deo; S. Fulgentii tr. de trinitate; excerpta de sermonibus et epistolis S. Leonis, in quarum fine multa desiderantur; saec. XII. membr.

1683. 459. Augustini (vel incerti auctoris) lib. de quatuor virtutibus charitatis; idem de cantico novo et de ultima quarta feria, de tempore barbarico etc.; brevis confessio fidei; Alcuini epistola transmissa Oniae et Candido, sacerdotibus, et Nathanaëli, diacono; anon. expos. sup. ecclesiasten; anon. vita S. Ursini, episc. Bituricensis; revelatio corporis S. Ursini (ex VIII. cap. Gregorii Turonensis excerpta); vita S. Boniti, Arvernorum episc., et transitus eiusd.; vitae S. Sulpitii, Bituricensis episc., lib. II; passio S. Lauriani, martyris, et qualiter corpus eius ab Eusebio inventum et sepultum est; vita S. Genulfi, episc., et S. Geniti; saec. XII. ineuntis, membr. (In fronte codicis legitur: Pro abbatia S. Ioannis ex villa S. Ioannis de Nuktion.)

1684. 460. Marii Victorini de trinitate lib. IV ad Candidum; saec. XII. membr.

1685. 461. Aurelii Cassiodori, senatoris, variarum formularum lib. IX; Gaii Sollii (Sidonii) Apollinaris epistolarum lib. IX atque eiusd. panegyrici metrici; Hildeberti, episc. Cenomanensis, versus de expositione missae et alia eius carmina, inter quae de pretiosis lapidibus; saec. XIII. membr.

1686. 463. Isidori, Hispalensis episc., sententiarum lib. III; eiusd. differentiarum lib.; eiusd. chronicorum lib.; eiusd. soliloquiorum lib.; eiusd. de ortu et obitu prophetarum et apostolorum lib., cuius finis deest; saec. XI. membr.

1687. 464. Gregorii P. homiliae, numero XL, quarum ultima imperfecta, Secundino, episcopo, inscriptae; praefigitur charta

Meerm.
Herimanni, episc. Metensis, a. 1084 data de lite inter abbates S. Vincentii et S. Arnulfi Metensium; (ad calcem est relatio de repertione imaginis Christi); saec. XII. membr.

1688. 465. Gregorii P. homiliae XL in evangelia cum decretorum Pictaviensis concilii capitulis; saec. XII. membr.

1689. 466. Gregorii P. pastorale; proverbia philosophorum ad Ioannem, episc. Ravennatum; Gregorii P. explanationes (homiliae duae) in cantica canticorum; Ioannis, ecclesiae Romanae diaconi, de vita Gregorii P. lib. IV; saec. XII. charactere Capetiano, membr.

1690. 467. Paulini, Foroiuliensis episc., paraenesis ad amicum in saeculo militantem; Wiberti, abb. Novigentini, lib. de laude Mariae virginis; eiusd. lib. de incarnatione ad Bernardum, decanum Suessionensem; idem de virginitate; idem de Laudunensibus ex libris de vita sua; anon. libellus de eucharistia; Guillelmi abbatis (S. Theodorici) speculum fidei; eiusd. aenigma fidei; Gilberti, abb. Westmonasteriensis, disputatio Christiani et Iudaei; Hugonis, Rothomagensis archiepisc., adversus haereses sui temporis libri III; Guglielmi, abb. S. Theodorici, adversus Petrum Abaelardum lib. III; idem adversus errores Gilberti Porretani; Auxilii lib. de translatione episcoporum et de ordinationibus a Formoso factis; idem de eodem argumento dialogus, quem subsequuntur nonnullae schedae separatae, quibus continentur Guillielmi, abb. S. Theodorici, tr. de contemplando deo, de natura et dignitate amoris eiusdemque orationes meditativae; saec. XVII.

1691. 468. Paschasii Radberti de sacramento altaris tr.; Caecilii Cypriani, martyris, de duodecim abusivis lib. subdititius; Gregorii Turonensis de gloria plurimorum martyrum seu confessorum lib. II, in quibus plures articuli desunt; saec. XV. exeuntis, membr. (in fine mutil.)

1692. 469. Adalberti flores ex Gregorio M. in Iobum lib. IV; auctor initio se monachum et diaconum, in fine presbyterum profitetur; saec. XI. membr. (Prius folium, indicis partem continens, periit.)

1693. 470. Gisleberti Westmonasteriensis disputatio Christiani c. Iudaeo ad Anselmum Cantuariensem; saec. XII. membr.

1694. 471. Ivonis Carnotensis epistolae; Anselmi, Cantuariensis archiepisc., tres epistolae; Paschalis P. S. Anselmo epistola; Brunonis, Carthusianorum institutoris, epist. R. (Radulfo cognomento viridi) Remensi praeposito; R., cantoris Remensis ecclesiae, et plurimorum Remensium clericorum epist. R. praeposito Remensi (Radulfo, eidem qui supra, cuius electio ad archiepiscopatum Remensem citra regis consensum a Paschali P. confirmata schismati occasionem praebuerat); Hildeberti, Cenomanensis episc., epist. Anselmo Cantuariensi; Bernardi epist. ad Eugenium P.; Symmachi epistolae quaedam; Ivonis Carnot. aliae epist.; Hildeberti Cenomanensis de missae et veteris legis sacramentis lib. metricus; Gibuini episc. rhythmus de paradiso; incerti auctoris versus de ludo, qui fit cum XXVII tesseris; Marbodi, episc. Redonensis, lib. metricus in canticum canticorum; Odonis Aurelianensis versus; Hildeberti carmen de Zozima et Maria Aegyptiaca; idem de nuptiis Mercurii et philologiae; eiusd. liber (metricus) de hysopo; eiusd. hist. Mahumetis et Nicolai apostatae; epitaphium Iulii Caesaris etc.; Marbodi, Redonensis episc., passiones metricae Lau-

Meerm.

rentii, Mauritii et sociorum; Godefridi Remensis epist. ad Ingelramnum archidiaconum de moribus eius et nobilitate; eiusd. somnium de Odone Aurelianensi; idem ad virginem quandam; eiusd. dialogus, cuius interlocutores Godefridus et Calliope; eiusd. descriptio vitae praesentis (omnia metrica); Hildeberti Cenomanensis versus de instabilitate mulierum; anonymorum versiculi; Nicolai versus de abbatibus in ovile Christi aliunde adscendentibus; eiusd. invectiva in abbatem Cadomensem; anon. altercatio Urbani et Clementis apostolicorum; versus cuiusd. monachi carpentis Yvonem abbatem; Bernardi (Sylvestris) cosmographus, vel potius huius operis fragmentum; Ivonis Carnotensis epist. VII; Hugonis Metelli epist. LV; anon. fabula de lupo et opilione; quaedam Hugonis Metelli problemata metrica, secundum alphabetum, et alia eiusd., ut videtur, carmina; partim saec. XIII., partim exeunte saec. XIV. (Fuit olim abbatiae S. Arnulphi Metensis.)

1695. 472. Guiberti, seu Wilberti, abb. Novigentini, tr. de incarnatione contra Iudaeos; eiusd. opusc. de virginitate et de laude S. Mariae; idem de buccella Iudae data et de veritate dominici corporis; Honorii Augustodunensis elucidarium de summa totius theologiae Christianae; saec. XII. charactere Capetiano, membr.

1696. 473. Excerptiones variae de diversis quaestionibus; Bernardi abb. lib. de praecepto et dispensatione; eiusd. sermo exhortatorius ad milites templi; eiusd. apologeticus ad Guillielmum abb.; idem de XII gradibus humilitatis; idem (potius incertus auctor) de benedictionibus XII patriarcharum; excerptiones, ut fert titulus, utiles; Augustinus, de vera religione; idem de moribus ecclesiae catholicae; idem de opere monachorum; eiusd. retractationum lib. II; excerpta de poëtis et oratoribus; Augustini lib., unde malum; eiusd. libri de libero arbitrio; Caesarii, Arelatensis episc., regula sanctimonialium; lib. miraculorum seu revelationum monasterii Fiscanensis; saec. XIII. membr. (Ad calcem penultimi operis antiqua manu legitur: Iste liber est domus Vallis-Profundae, et fuit datus eidem a Domino ... in manu Domini David Prioris.)

1697. 474. Petri Blesensis epistolae, praemissis eiusd. sermonum duorum fragmentis; saec. XIII. membr.

1698. 475. Petri Blesensis epistolae; saec. XIII. membr.

1699. 477. Hugonis a S. Victore tr. de sacramentis, cuius finis desideratur; saec. XII. membr.

1700. 483. Ioannis Scoti quaestiones sup. universalibus Porphyrii ac libris praedicamentorum et perihermenias; D. Antonii Andreae de Novo-Castro sup. sex principiis Gilberti Porretani opus; saec. XVI. ineuntis, charactere minusculo, membr. (Frons variis figuris auro coloribusque depictis circumductus est, at lacer; literae initiales itidem eleganter auro et colore sunt ornatae et totus codex integerrime conservatus. Fuit olim Philippi Desportes.)

1701. 484. Anon. (forsan Hugonis de Folieto) speculum virginum; dialogus est inter Peregrinum et Theodôram (ad calcem legitur: Liber S. Mariae Igniacensis); achrostichides in laudem virginitatis; saec. XIII. exeuntis, membr. (Binis columnis, variis ornatus figuris ac descriptus a fratre Petro de Fera, monacho Igniacensi.)

Meerm.

1702. 485. A. Perez, disputationes theologicae.

1703. 486. P. Roverii tr. de peccatis, quae in humanis contractibus contingunt.

In Quarto.

1704. 490. Ambrosii expositio in cantica canticorum; expositio in eadem (a plurimis Cassiodoro adscripta); Lanfranci ad Berengarium epistola; Anastasii monachi epist. de corpore et sanguine Christi; Augustini lib. de cura pro mortuis gerenda; Eusebii episc. ad Berengarium mag. epist.; saec. XI. exeuntis, membr.

1705. 492. Hieronymi comm. in Danielem (in quo manus recentior multa loca correxit); eiusd. lib. adversus Pelagium ad Ctesiphontem; eiusd. dialogorum adversus Pelagianos lib. I. et pars lib. II. (in prima pagina leguntur proverbia regis Henrici I.); saec. XI. membr. (Notatur hic codex S. Vincentii Metensis.)

1706. 494. Augustini lib. de consensu evangelistarum; eiusd. retractationis librorum de sermone domini in monte lib. II; saec. X. membr. (Initium et finis a blattis est laesus. Notatur hic codex S. Vincentii Metensis.)

1707. 495. Concordia IV evangeliorum; anon. sermones, quorum finis desideratur; saec. XIII. membr.

1708. 496. Claudii, Taurinensis episc., commentariorum in Matthaeum ex patribus lib. III, quorum sic incipit praefatio: Domino sancto ac beatistimo et mihi peculiari cultu affectuque specialiter colendo patri, Iusto abbati, Claudius peccator, anno DCCCXV. incarnationis Salvatoris nostri Iesu Christi. Hanc praefationem subsequitur opusc., cui titulus: Figurae evangelistarum; saec. XI. membr. (Ad calcem in margine legitur, hunc codicem a Reimbodo diacono scriptum fuisse.)

1709. 498. Eucherii, Lugdunensis episc., quaestiones CCIII in vet. et nov. testamentum; saec. IX. membr.

1710. 499. Sedulii presb. epist. in scripturam s.; saec. XI. membr. (in fine mutil. et lacer)

1711. 500. Alcuini tr. de divinis officiis et ritibus ecclesiasticis; ad calcem leguntur versus in laudem Deoderici, Metensis episc.; saec. XII. membr.

1712. 504. Augustini epist. ad Armentarium et Paulinam; eiusd. sermones V, quorum ultimi finis desideratur, c. indice praefixo; saec. X. membr.

1713. 506. Augustini lib. de vera religione; eiusd. (rectius Fulgentii) lib. de verae fidei regula ad Petrum diac.; idem de sancta virginitate; idem de professione debitorum sanctae viduitatis; saec. XII. exeuntis, membr. (Notatur hic codex monasterii Sanctae Mariae de Fonte Danielis, ordinis Cisterciensis.)

1714. 507. Gennadii sententia de Claudiano, excerpta ex libro eius de viris illustribus; epist. Claudiani ad Sidonium episcopum, qua ei contra Faustum libros dedicavit; epist. Sidonii ad Claudianum; eiusd. epist. de morte Claudiani et epitaphium eiusd.; incerti auctoris (ut fert titulus, est autem Fausti Reiensis) libellus adversus Arianos et Macedonianos; Claudiani lib. III de statu animae adversus praecedentem libellum; Candidus, Arianus, ad Marium Victorinum de generatione divina; Marius Victorinus orator ad Candidum, Arianum, de eodem argumento; saec. XIII. ineuntis, membr.

Meerm.

1715. 508. Magni Felicis Ennodii, Ticinensis episc., opera, quorum initium desideratur, in medio nonnullis quaternionibus abscissis; saec. XII. membr. (Ad calcem antiqua manu scriptum legitur: Lib. S. Mariae de Fontanis, quem dedit ei pro redemptione animae suae Magister Arnulfus medicus.)

1716. 511. Pia monita, ex S. Ephrem et aliis patribus excerpta, brevioresque sermones; glossarium a litera A ad V; saec. IX. membr.

1717. 512. Sermo seu lib. episcopi ad episcopos; definitio fidei symboli Nicaeni concilii; libellus fidei Pelagianorum; libellus fidei a Pelagio Romam missus ad Innocentium P.; Odonis Dorobernici de vita B. Wilfredi opus; Audradi Modici, episc., de S. Iuliani et sociorum eius passionibus lib. IV etc.; Magni, Senonensis archiepisc., de mysterio baptismatis opus; translatio corporis S. Clementis martyris; Einhardi (Eginhardi) sapientis epist.; Ioan. Scoti Erigenae lib. de praedestinatione; Lanfranci epist. ad Berengarium; Guitberdi, Novigentini abb., varia opusc.; Guillelmi, abb. S. Theodorici, de corpore et sanguine Christi opus; Clementis IV. P. aliquot epistolae; opusc. de praeposito et archidiacono Claromontano; Symmachi aliorumque ad Honorium et Constantium epistolae c. horum rescriptis; saec. XVII.

1718. 513. Gerberti, archiepisc. Remensis, (postea Sylvestri II. P.) et ad eum epistolae; statuta Cameracensis ecclesiae, compilata, ut ad calcem legitur, a. 1300; statuta synodalia dioecesis Castrensis, a. 1358 edita; saec. XVII.

1719. 514. Hildeberti, Symmachi, viri consularis, et Nicolai Claraevallensis aliquot epistolae, partim saec. XIII., partim XIV. exaratae; membr.

1720. 520. Petri Blesensis opusc. contra perfidiam Iudaeorum; idem de confessione; idem de poenitentia; idem de episcopali officio; idem de amicitia Christiana, de dilectione dei et proximi; saec. XIV. membr. (Ad calcem huius codicis legitur: Ex bibliotheca Nicolai Camuzaei, Trecensis ecclesiae Canonici.)

1721. 521. Petri Alphonsi dialogus c. Moze Iudaeo; saec. XII. membr.

1722. 523. Richardi a S. Victore de trinitate lib. VI; Boëtii lib. de trinitate; eiusd. brevis complexio de persona et natura contra Eutychen et Nestorium; idem de consolatione philosophiae; saec. XV.

1723. 526. Lib. de virtutibus et vitiis ex variis excerptis consarcinatus, cuius initium periit; B. Caesarii Arelatensis homiliae X, ad quarum calcem legitur: Expliciunt homiliae S. Caesarii ad monachos scriptae sanctimonialibus in coenobio Mettis civitate communiter viventibus; excerpta e collationibus patrum; benedictiones variae, nempe aquae ferventis et ferri calidi, aquae ferventis in caldario, aquae frigidae etc., in fine mutilae; saec. X. membr.

1724. 528. Petri de Rosenhaym rosarium biblicum (metrice); saec. XV.

In Octavo et Minore Forma.

1725. 538. Evangelium Matthaei c. scholiis margin. et interlin. amplissimis, eadem manu exaratis; saec. XII. membr. (Fuit P. P. Carmelitarum Divionensium.)

1726. 539. Petri de Riga biblia s. metro edita; saec. XIII. membr. (Hic codex fuit monasterii Vallis-Caulium.)

1727. 544. Sedulii collectanea in evangelium Matthaei, quorum initium desideratur; saec. XI. membr.

Meerm.

1728. 546. Anselmi, Cantuariensis, (rectius Anselmi, Laudunensis) comm. in apocalypsin; saec. XII. membr.

1729. 547. Allegoriae biblicae utriusque testamenti, ordine alphabetico; interpretatio vocum scripturae secundum alphabetum; nonnulla grammatica, mutila; saec. XII. membr.

1730. 552. Cypriani opusc. quaedam theologica et ascetica; saec. XV. membr. (Frons et literae initiales eleganter auro et coloribus sunt depictae; insignia Edwardi Browne praefiguntur.)

1731. 553. Hieronymi ad Fabiolam epist. de vestibus sacerdotum; Isidorus Hispalensis de instrumentis vestium; idem de diversitate annulorum etc.; Ercanberti annotationes in evangelium Ioannis; saec. IX. charactere Carolovingico minusculo, membr.

1732. 555. Lib. de conflictu vitiorum et virtutum, cuius finis desideratur, quod opus a nonnullis Ambrosio tribuitur; Hildeberti, Cenomanensis episc., carmen de sacramentis missae et veteris legis; excerpta ex Seneca et Cicerone; versus nonnulli de prosodia; lib. dictaminis; Petri, canonici regularis ac prioris S. Ioannis Senonensis, epistolae; libellus de animae origine; quaestiones Orosii ad Augustinum; anon. versus de vita recte instituenda et de bono pacis; Eugenii versus de mentis humanae mutabilitate; Augustini sermo de ebrietate; anon. de officiis divinis; Bernardi abb. epist. accusatoria ad Innocentium P. adversus Petri Abaelardi errores c. huius apologia; opusc. inscriptum: Immutatio dexterae excelsi; libellus, prosa rhythmica et versu, incipiens: Orandi nova gratia sedebam in ecclesia; carmen de mundi vanitate; dicta Albini (Alcuini) Levitae; partim saec. XII., partim XIII. membr. (Ex libris conventus sancti Dionysii Remensis.)

1733. 558. Anselmi Cantuariensis lib. de concordia praescientiae et praedestinationis c. libero arbitrio; Hugonis, Rotomagensis archiepisc., lib. III adversus haereses sui temporis; saec. XIII. membr.

1734. 559. Hildeberti Cenomanensis epistolae et carmina; saec. XII. membr.

Iuris Civilis et Canonici Scriptores.

In Folio.

1735. 565. Breviarii Alariciani compendium ineditum; incipiunt innovationes legum novellarum divi memoriae Iustiniani A., sub quo quinta synodus Constantinopoli congregata est, de ordine ecclesiastico (desunt XXII postremi articuli); saec. IX. membr. (Vid. Hauboldi opusc. acad. Vol. II. praef. pag. CXXXIV.)

1736. 566. Lib. legis Salicae; decretum Childeberti regis, latum circa a. 595; additiones ad legem Salicam (id est capitulare II. Caroli Magni, editum a. 803); saec. X. membr.

1737. 567. Fragmenta capitularium ab Ansegiso abb. collectorum; saec. X. exeuntis, membr.

1738. 568. Ἐλευθερία, sive de manumissione servorum apud Romanos lib. IV, c. indice auctorum, qui illustrantur et emendantur.

1739. 569. I. C. Guadagni, in Neapol. regno primi notarii, instrumentum publicum, quo Philippus III. de Austria Petrum

Meerm.
Fernandez de Castro annuo introitu donat; 1616. membr. (Eleganter exaratum et literis aureis ornatum.)

1740. 570. Senatus, curiae et reipublicae Wasianae privilegia, quae a. 1566 conscribi curavit I. Nepohanus a Vorde, eiusd. curiae senator; membr. (c. insignibus color. et deaur. in fronte. cor. turc. nigro, fol. deaur., c. fibulis aeneis)

1741. 571. Gregorii P. rescripta quaedam c. epist. ad ipsum directis; constitutiones extravag. cod. Theodosiani et alia fragm. iuris Anteiustianei et Breviarii Alariciani; capitula ex Romanis synodis apostolicorum Eugenii atque Leonis; canones Apostolorum, quibus praeponuntur glossae (hic ad marginem recentiore manu scriptum legitur: Hinc incipit collectio canonum antiqua, quae vulgo corpus canonum dicitur et edita habetur Moguntiae a. Chr. 1525, sub tit.: Canones Apostolorum etc.); saec. IX. membr. (Fuit S. Remigii Rem. Vid. Haubold. l. c. pag. XCIII. et XCVI.

1742. 573. Gratiani decretum c. scholiis; saec. XIII. membr. (Duabus columnis; initio et in fine, praesertim in margine a blattis laesus.)

1743. 576. Collectio conciliorum oecumenicorum et Gallicanorum, intermixtis quibusdam summorum pontificum epistolis; annotatio Gelasii P. in libr. canonicos, c. notitia librorum apocryphorum, qui nullatenus a Christianis recipi debent; catalogus Romanorum pontificum, desinens in Felice IV.; notitia provinciarum Galliae; constitutiones concilii, cuius nomen deletum est; saec. VIII. membr. (Charactere Longobardico, binis columnis, initio mutilus et in margine a blattis laesus, versus finem lacer, deficiens et exesus est.)

1744. 577. Dionysii Exigui collectio canonum, in qua occurrunt decreta pontificum usque ad Gregorium Iuniorem; saec. IX. membr.

1745. 578. Collectio canonum Galliae; notitia provinciarum et urbium Gallicanarum; encyclica Leonis P. adversus Hilarium, Arelatensem episc.; codicis Theodosiani constitutiones extravagantes XVIII; saec. VIII. membr. (Charactere rustico maiore, forma quadrata, initio mutilus, summis foliorum oris valde exesis. Inserta sunt duo folia saec. IX. exarata, ubi habentur excerpta ex concilio Trecensi a. 878, epistolae Hincmari Remensis ad imp. Carolum Calvum et lectio evangelii sec. Marcum. Vid. Haubold. l. c. pag. XCII.)

1746. 580. Ivonis Carnotensis panormia, ad cuius calcem collectio canonum imperfecta; saec. XII. exeuntis, membr.

1747. 581. Benedicti Anianensis concordia regularum; saec. IX. membr.

1748. 582. Concordia canonum ecclesiae, seu breviarium Cresconii CCC capitulis distinctum; saec. X. membr. (Adiecto folio chart., quo, quae in fine perierant, manu recentiore supplentur.)

1749. 584. Isidori dicta ex libris etymologiarum sumpta, de canone videlicet, quid Romulie exprimat etc.; annotatio de symbolo vel canonibus apostolorum; annotationes de sex synodis principalibus, generaliter apud Graecos ex decreto praesulum Romanorum celebratis; annotationes de aliquibus synodis regionis Graeciae; de quibusdam conciliis regionis Africae; de quibusdam conciliis regionis Galliae; de plerisque conciliis regionis Hispaniae; nomina civitatum omnium, quae sunt in provinciis Galliae; collectio canonum Dionysii Exigui ad Stephanum episc.; Isidori epist. Masoni episc. de lapsu corporali clericorum, qui ex quibusdam canonibus non sunt restaurandi; annotationes de quorundam praesulum Romanorum de-

Meerm.
cretis; saec. IX., X. et XI. exaratus, totus fere duabus columnis; membr.

1750. 585. Canones poenitentiales a Beda collecti; saec. IX. exeuntis, membr. (in fine deficiens)

1751. 586. I. Barnesii de auctoritate canonum oecumenicorum et diplomatum papalium libri III. (2 vol.)

1752. 588. Acta concilii Constantiensis; saec. XV. (Fol. 380 adiicitur quaternio, continens bullas Alexandri V. adversus errores Wiclefi, et Martini V. adversus errores eiusd. nec non Ioannis Huss ac Hieronymi de Praga.)

1753. 589. Acta concilii Basileensis, a sessione I. usque ad XXIV., ultima tamen paululum deficiente, quorum collatio facta est de verbo ad verbum ad originalia decreta per sacri Basileensis concilii notarium, signatum Brunet, c. bulla plumbea his appensa; saec. XV. membr.

1754. 591. Statuta synodalia et provincialia observanda in dioecesi Cameracensi, collecta et renovata a. 1300 et seqq.; statuta concilii provinciae Remensis, habiti a. 1301 et seqq.; saec. XVII.

1755. 593. Transscripta chartarum, spectantium maxime ecclesias Senonenses; saec. XVII.

1756. 594. Acta synodi provincialis urbis Groningae et Omlandiae, ab a. 1595 ad a. 1627.

1757. 595. Collectio amplissima privilegiorum aliarumque rerum monasteria Gallicana spectantium, diversa manu et recentiore aevo descripta, in schedis separatis.

1758. 596. Taxa ecclesiarum cathedralium et monasteriorum regni Franciae; deux feuillets séparés, contenant les rôles des taxes des bénéfices, commanderies etc. de la haute Alsace et la liste des abbayes titulaires de l'ordre des Citeaux; saec. XVI. exeuntis.

1759. 597. P. Roverii historiae religiosae reipublicae lib. VI c. app. (2 vol.)

1760. 598. Regulae SS. patrum Serapionis, Macarii, Paphnutii, alterius Macarii; constitutiones S. Victoris, Camaldulensium, Grandimontensium et multorum aliorum ordinum, religiosorum et militarium, utriusque sexus, Italiae, Galliae, Hispaniae etc. insertis nonnullis impressis, collectore P. Roverio. (2 vol.)

In Quarto.

1761. 599. Breviarium Alaricianum (textus c. interpr.); saec. VII. (Lib. I. totus periit et in fine nonnihil mutilus et lacer, hic illic detritus ac maculis inquinatus, at exemplar splendidiss. liter. uncial. script. Vid. Haubold. l. c. CXXXIV.)

1762. 605. Libri IV capitularium ab Ansegiso collectorum, c. aliis capitularibus Caroli M. et Ludovici Pii; saec. X. membr. (Initio tituli perierunt, in fine etiam mutilus ac nonnullis locis lacer. Notatur hic codex S. Remigii Remensis.)

1763. 609. Collectio canonum ac decretorum ex conciliis et variis auctoribus petita; glossae sup. canones per singula concilia; concilii Aquisgranensis II. lib. III ad Pippinum regem; saec. IX. membr. (Notatur S. Benigni Divionensis.)

1764. 610. Collectio sententiarum, ut fert titulus, sunt autem excerpta ex conciliis ac decretalibus; ad calcem fol. 138 recti haec habentur: Ex Graecis et Latinis canonibus et synodis Romanis atque decretis praesulum et principum Romanorum haec capitula sparsim collecta sunt et ab

Meerm.

Ingelramno, Mediomatricae urbis episc., Romae beato P. Adriano tradita sub die XIII. calend. Octobr. indict. VIII., quando pro sui negotii causa agebat; sequuntur deinde varia capitula de accusatoribus et de accusatis; saec. circiter XI. membr. (Manu diversa. Notatur, ad extremam fol. IX. versi oram, ecclesiae SS. Gervasii et Protasii Suession.)

1765. 612. Tr. de utilitate poenitentiae, quomodo exercenda sit, et de remissione peccatorum; tr. seu lib. poenitentialis; utrumque opus varias continet poenitentiae leges, ex antiquis canonibus et summorum PP. decretis excerptas; saec. X. membr.

1766. 614. Idem liber; saec. XVI. membr. (Fuit olim card. de Lenoncourt.)

1767. 615. Lib. synodalis, sive acta synodi, habitae in Castro-Guntherii a. 1248; saec. XIV. membr.

1768. 616. Statuta ecclesiae Tullensis (rectius Tutelensis) a. 1359; saec. XIV. membr.

1769. 617. Excerpti canones de presbyteris criminosis; Hincmari, Remensis archiepisc., epist. ad episcopum quendam de translatione episcoporum; eiusd. epist. ad Radulphum et Frotarium, archiepisc., de nuptiis Stephani et filiae Regimundi; eiusd. epist. nomine concilii Tusiacensis scripta adversus perversores rerum ecclesiasticarum; eiusd. epist. ad Hildegarium, episc., de iudicio aquae frigidae; eiusd. et episc. conprovincialium epist. de excommunicatione Odoacri; eiusd. epist. ad Ludovicum regem de electione episc. Belvacensis; eiusd. epist. ad eundem de prava electione Odoacri; eiusd. epist. de iis, quae ex officio exsequi debeat episcopus; eiusd. epist. de actione sacri baptismatis; saec. IX. membr.

1770. 618. Ioannis de Bononia summa tabellionatus officii secundum formam Romanae curiae; Dominici, episc. Brixiensis, summa, secundum quam archiepiscoporum et episcoporum notarii debeant officium exercere; Clementis V. P. literae de remissione census praeteriti a regno Siciliae debiti ecclesiae Romanae; eiusd. ad Robertum, Calabriae ducem, epist. de capiendis in regno Siciliae Templariis et ipsorum bonis; saec. XV. membr.

1771. 619. Statuta Gregorii P. vitam et regulam monachorum spectantia; reg. S. Benedicti, praefixa huius admonitione ad monachos; lib. Bernardi de interiore homine, seu meditationes; Guill. Perardi, ordinis fratrum Praedicatorum, conventus Lugdunensis; tr. de professione monachorum; Smaragdi diadema monachorum; saec. XIV. membr. (Fuit olim conv. Praedicatt. Ebroicensium.)

1772. 620. Stephani Muretensis, sive Grandimontensis, regula; Bernardi abbatis (rectius Guillielmi S. Theodorici) epist. ad fratres de Monte-Dei; saec. XIII. exeuntis, membr. (Hic codex fuit Cistercii.)

1773. 621. Literae apostolicae et privilegia; statuta Rhodiorum militum, ordinis Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, scripta Ianuae p. Hugonem de Cunio a. 1512; membr.

1774. 622. Statuta fratrum ac sororum tertiae regulae S. Francisci; catalogus episc. Salzburgensium c. eorum insignibus color. carton.

Meerm.

In Octavo et Minore Forma.

1775. 626. Canones apostolici nec non sortes apostolorum; saec. XIII. membr. (in fine mutil.)

1776. 627. Epistolae Romanorum PP. et aliorum quorundam praesulum, quarum index praefigitur; excerpta e capitularibus; charta Bertefridi, Ambianensis episc., pro monasterio Corbeiensi; privilegium concilii Parisiensis pro eodem; bullae Benedicti III. et Nicolai I.; chartae Clotharii III., Chilperici II. et Theodorici III. pro eodem; saec. IX. exeuntis, membr. (Initio valde corrosus. Hic codex fuit olim Corbeiae.)

1777. 628. Excerptorum ex corpore canonum lib. III, quorum I. de poenitentia et poenitentibus, II. de accusatis et accusatoribus, indicibus ac testibus, III. de sacris ordinibus et de regulis ac privilegiis clericorum et praesulum, ad cuius calcem fragm. detritum anon. de testimonio perfecto; saec. X. membr.

1778. 629. Collectio canonum in III lib. distributa, quorum I. de ordinatione et electione episcoporum, II. de ordinatione presbyterorum et reliquorum ordinum, III. de institutione ecclesiae, de decimis et oblationibus: sequuntur deinde canones de baptismo, de incesta copulatione, de incantatoribus, et sortilegis, de observatione sacri ieiunii, de excommunicatis, de furibus et praedatoribus, de periurio et poenitentia eius, de ebrietate, de principibus et reliquis laicis, de fornicatione et incestu; praemittuntur his omnibus canones Nicaeni, Constantinop., Ephesini, Chalcedon. et Antiocheni et notitia provinciarum imperii Romani et Galliae, lacera ac detrita; saec. XII. membr. (Diversa manu, initio et in fine putridus et lacer. Fuit olim Domini de Hauteserre de Salvaison.)

Philosophi, Historiae Naturalis Scriptores, Medici etc.

In Folio.

1779. 630. Boëtius, de consolatione philosophiae; saec. XIV. membr. (fol. XXXV, quorum priora c. scholiis)

